



# Victoria de triumphata communicatione idiomatum reali

<https://hdl.handle.net/1874/424457>

3

# Victoria

DE TRIVMPHATA  
COMMUNICATI<sup>E</sup>N<sup>E</sup> IDE-  
omatum realj:

Vincente Veritate,

ET

RESPONDENTE VVOLF-  
gango Amlingo Munerstadio  
Franco,

Ad

Κρητοφύγεται D. Ioannis Matthej  
Smalcaldensis: &c.

2. Cor. 5. vers. 13.

Εἴτε δὲ εἰς οὐκέτι μή, Θεῷ εἴτε σωφρογό-  
μη, υμῖν.

Edita Serueltæ typis Bonauenturæ  
Fabri.

ANNO  
M. D. LXXXIII.

At t<sup>u</sup> Domine q<sup>uo</sup>d sq<sup>ue</sup> ve? e<sup>st</sup> Vigila & Venit.

Siracid. 4. vers. 33.

Ad mortem usq; decertato pro  
veritate, & Dominus Deus pu-  
gnabit pro te.

Seneca lib. 3. de ira, cap. 41.

Conscientiae satisfiat. Nihil in fa-  
mam laboremus: sequatur vel mala, dum  
bene merearis.

Nazianzenus ἐρημικῶ α. pag. 116.

Κρέος των γδέ εμπαθεῖς οὐ νοοίσταις η ὑπερέγειροι  
ζεῖσις Διάσαρις.

Melior est pietatis causa suscepit a dissen-  
sio, quam affectibus seruiens consensio.

VERITATIS COE-  
LESTIS, QVÆ EST DOCTRI-  
na catholica, & in Ecclesia Anhaldina pu-  
blice, Dei beneficio, sonoris con-  
sensus, studiose iuuen-  
tuti S.

**R**Auis est, & pietatis medita-  
tione dignissima, Domini ac  
Seruatoris nostri Christi Iesu  
de cauendis falsis Prophetis  
commonefactio, his à Matthæo Euangeli-  
sta verbis prodita: *Cauete verò vobis à pseu-  
doprophetis, qui veniunt ad vos cum vesti-  
mentis ouium, cum intus sint lupi rapaces.*  
Qua admonitione verè paterni erga nos a-  
moris benevolentia referta, ο φύλαξ ηγήσω-  
τηο γένες αὐθεωπίνιος, vniuersos & singulos  
cautionem adhibere iubet ad declinandum  
periculum longè grauissimum, quod Eccle-  
siæ omnibus seculis allatum fuit à falsis do-  
ctoribus, per quos hostis illius Satan, maxi-  
mam semper generis humani partem, fana-  
ticarum opinionum delirio, ac supersticio-  
num irreligiosarum cultu fascinatam, à de-  
ducente ad vitam semita angustissima, abdu-  
xit ad viam latam & patentem interitus atq;

## P R A E F A T I O.

exitij. Quemadmodum enim, ab exordio mundi, aeternus DEVS per fideles verbi sui praecones Ecclesiam sibi collegit, a qua, secundum suam ipsius patefactionem, vere agnosceretur, inuocaretur, & celebraretur: ira spiritus iste mendax & homicida, subornatus a se emissarijs, doctrinæ coelestis veritatem fallaciter imitando adulterauit, ac fraudum imposturis seductos, facta secessione, a cœtu incorruptam Dei vocem amplectente, in varias, cum fidei & salutis naufragio, sectas diduxit.

Hoc ita se habere, testantur in Mosaica politia Coritæ, qui præ se ferentes ardorem quendam cultus diuini, studiumq; singulare afferendæ libertatis, quam a Moysè & Aarone tyrannicè opprimi calumniabantur, concessionibus popularibus vniuersam plebis Israeliticæ multitudinem concitarunt. Testantur, Prophetarum temporibus, quotquot comminationibus & prædictionibus diuinis reclamantes, populumq; in falsam spem adducentes, securitate ac confidentia ebrios in pestilentię, ferri, famis, captiuitatis precipitauerunt perniciem: sineq; illa Dei missione, sine iussu, sine mandato, falsas præsensiones, diui-

## PRAEFATIO.

diuinationes, nugas, animiq; sui commenta  
iactitantes, ipsius nomine vaticinati fuere.  
Testantur idem, Christo ipso in terris con-  
cionante, Pharisei & Scribare, cum vniuerso  
sacerdotum clero, qui, occupata Moysis ca-  
thedra, intolerabili traditionum seruitute ac-  
iugo homines onerarunt, seuerissimi exa-  
ctores eorum, quæ à se ipsis maximè negli-  
gebantur: cùm interim, ζηλες ἀζηλες præ-  
textu ad auaritiæ & rapacitatis suæ occultationem abutentes, domos deuorarent vidu-  
arum & orphanorum.

Ex his igitur, & id genus alijs exemplis  
compluribus, quæ huc afferre non tam erat  
laboriosum, quam hoc loco superuacane-  
um, demonstrari potest commoditas atque  
necessitas huius commonefactionis, quæ si-  
mul tacitam in se continet prædictionem de  
futuro, ad finem usque seculi, Ecclesiæ statu.  
Ideo enim hanc à Christo præmoneri con-  
stat, quod nunquam defuturos ei videbat i-  
stiusmodi impostores ac seductores. Aduer-  
sus quos eandem similiter apud eundem  
Euangelistam quasi præmuniens, videte, in-  
quit, ne quis vos fallat: multi enim venient in  
nomine meo, qui sé Christos esse perhibebunt,

## P R A E F A T I O .

multosq; decipient. Et paulò pōst: Existēt, inquit, falsi Christi, & falsi vates, qui tanta portenta & prodigia edent, ut in fraudem illūciant, si fieri possit, etiam electos.

Quæ cum ita sint, Christum nobis ipsis, qui, secundūm Apostolum *in extrema seculorum incidimus*, hæc concionari putantes, adhibeamus ad hanc cautionem, quam par est, attentionis circumspetionisq; curam, ac diligentiam, eamq; tanto magis, quanto plures, aut stulta credulitate lapsi, aut profana securitate impulsi, grauiter in hac parte offendunt, *cuius credentes Spiritui*, auresque sine discrimine nunc huic nunc illi patefacentes dogmati, quod scilicet, vel maiori parti rectum videri, vel ijs placere animaduertunt, ad quorum arbitrium & nutum totos se fingunt, atq; accommodant. Quibus sanè, in negotio religionis prorsus dissimili, hoc persuasum est, quod de causis ciuilibus iurisconsultus enunciauit, *quicquid principi placuerit, id legis vigorem habere*. Itaq; salutis suæ prodigi, in Epicureo quodam Christianæ πληροείας contemtu, doctoribus suis rationem omnem doctrinæ, fidei, & confessionis reddendam autumantes, se credere

## P R A E F A T I O.

credere profitentur, quod ὁ ἀρχῶν ipsorum  
credat: quasi verò aut aliena aliquis fide  
apud D E V M iustificetur, aut non suæ  
vnicuique confessionis referenda sit ra-  
tio.

Verùm enim uero boni viri, in affectione  
simplicitatis minimè à Christo appro-  
batæ, dum modò his modò illis promiscuè  
aures accommodant, atque oculis capti du-  
ctores insuper sequuntur cæcos, præter id  
quod satis ostendunt, veritatis sibi ac doctrinae  
orthodoxæ cognitionem minimè cordi-  
esse, non indignos semetiplos prebent, quos  
D E V S iusto iudicio impostoribus illis, ru-  
sticam fidem, hoc est, fatuam παχυπείθειαν  
efflagitantibus, pro ipsorum arbitrio sedu-  
cendos, expilandos, ac dilaniandos relin-  
quat. Quorum similes nullo modo esse de-  
cer Christi & Apostolorum discipulos: Si-  
quidem ille *in filijs lucis prudentiam requi-*  
*rit, iubetq; legatos suos esse prudentes, sicut*  
*serpentes;* & Phariseum quoq; laudat νε-  
κας sibi respondentem: hi verò auditores  
postulant Φεονίμους, reprehenduntq; ἀνόητος,  
atq; eos, qui quouis doctrinae vento, arundinis  
inflata, agitatur. Quid? quod hoc nomine Iu-

## PRÆFATIO.

dæi Berœenses prædicantur, ac Thessalonicensibus perhibentur generosiores, quod non modò summa cum auiditate Pauli & Silæ doctrinam admiserint, sed etiam ea non contenti, quotidie scripturas scrutati sint, atq; ad harum normam, quæ illi docebant, examinauerint? Atq; cùm in ijs, quæ in capitib; fortunarum discrimen adducunt, nemo non magnam adhibeat cautionem; cur non pari, vel potius maiori utemur ~~magis~~ exēia, in vitando falsæ doctrinæ veneno, sempiternam animæ ipsi necem afferente? Quamobrem non est quod existimet aliquis, admonitionem hanc de cauendis falsis doctoribus minime ad se pertinere, nec multum sua interesse, cui aut quali doctrinæ assentiatur, nomenq; det: quod plerosq; nunc facere videoas, qui, vt ipsi aiunt, simplicitate sua catechumenica contenti, sati se putant scire, quod nesciunt.

Sed nos ita procerum & pastorum suorum fidei mancipia missa facientes, post demonstratam breuiter commonefactionis huius opportunitatem & necessitatem, deinceps indicia quoq; persequemur, quibus bonus ille pastor, qui & via est & veritas ac vita,

P R A E F A T I O .

vita, nos docuit, lupos istos, ouium pellibus  
indutos agnoscere. At, quæ sunt ista, quæ-  
rat aliquis, indicia? *A fructibus eorum, in-*  
*quit ipse, agnosceris eos.* Hi sunt scilicet ipso-  
rum *χαρακτῆρες*, hæc γνωστοπαθα, hic est  
lapis ille Lydius, ad quem doctores isti, sub  
vestimentis ouium occultantes lupos rapa-  
ces, tanq; aurum explorari possunt. Quem-  
admodum enim arbor vnaquæq; fructus e-  
dit, suam radicem siue bonam siue malam  
referentes; neq; ex spinis sua, neg, ex tribu-  
lis fucus colligitur: ita seges illa corrupto-  
rum doctrinæ coelestis, quæ est factio vastra-  
trix ouilis Christiani; de fructu suo cognos-  
citur.

Ceterūm, cum hominum fructus sint,  
vel pietatis ac virtutum actiones laudabiles  
& honestæ, quæ sunt opera bona; vel illis  
contrariæ impietatis & vitiorum, quæ mala  
perhibentur opera; luporum istorum, vel  
potius furum & latronum, quales sunt quot-  
quot ante Christum venerunt, id est, non  
missi, siue ablegati ab eo, nec formam te-  
nentes sanæ doctrinæ, in ouium stabulum ir-  
reperirent, & nunc quauis se ratione insinu-  
ant, fructus sunt vocis diuinæ depravatio, &

PRAEFATIO.

corruptela veritatis. Hæc enim longè certior index est, quām vita & mores, qui simulationum inuolucris testi sæpen numero fallunt, accedente præsertim, ad probitatis & innocentia speciem fucatam, atq; ~~της τε~~ ~~χειρικῆς~~ artificio eruditam, ~~τεχνολογία καὶ~~ εὐλογία, quibus, ad seducenda corda hominum minimè malorum, nihil est efficacius. Sicut autem *sunt*, secundūm Seruatoris nostri dictum, *non venit, nisi ut furetur, ut mactet, ut perdat*: ita illorum doctrina omnis comparata est, non ad *adificationem*, quam diuus Paulus requirit, sed destructionem; non ad *cohortationem*, sed labefactionem; non ad *consolationem*, sed perturbationem. Hæc enim sunt effecta eius doctrinæ, quæ non ex Deo est, sed ab humani extitit ingenij commento. Ideoque nec Dei gloriæ inseruit, sed suo velificatur honori: non auditorum consulit utilitatib; & salutib; sed proprio inhiat emolumento & quæstui: non homines Deo per Christum adducit, sed sibi discipulos colligit.

Quid? quod eadem *infanientis*, vt cum poëta loquāmur, *sapientia consulta*, de quādam scientia litigat, appellata ab Apostolo *falsa*

## P R A E F A T I O .

*falsi nominis scientia*: atq; inflata persuasio-  
ne copiæ cuiusdam rerum in opis, relictis bo-  
nis, & vñitatis, & proprijs verbis, noua quæ-  
dam & ignota comminiscitur, aut de obscu-  
ris commentarijs, vel saltem non receptis  
de promit auctoribus? Quæ, cùm ab incor-  
rupto Ecclesiæ sermone, veroq; vñ abhor-  
reant, prorsusq; aliena sint; nec rem, qua de  
agitur, explicant, sed potius inuoluunt, ac  
dubiam reddunt. De quibus tamen illorum  
artifices, inani quadam ostentatione, atque  
auctupio vanissimæ gloriolæ elati, atq; aura  
populari prouecti, magna contentione, non  
secus atq; pro aris & focis, dimicant; sibiq;  
contradicentes, piæq; ac religiosæ antiquita-  
tis testimonia & auctoritatem, atq; cōsensus  
catholici congruentem de doctrina verita-  
tis cœlestis sententiam, perpetuamq; con-  
cordiam opposentes, conuicijs lacerant a-  
trocibus, & exquisitis incessunt maledictis.

Habent enim falsæ istius doctrinæ ven-  
tilatores hoc quasi solenne & quotidianum,  
vt ad vulgus imperitum, cui sua potius com-  
menta, ac monstra opinionum, quam meli-  
ori parti probare contendunt, declama-  
tione, atque populari concione parata,  
aduer-

## PRÆFATIO.

aduersus rationem inuehantur & sapientiam humanam : quasi verò ad fatuos & bruta, vel etiam stipites atque truncos pertineat salutare diuinæ veritatis præconium. Et est in ijs tanta odij acerbitas atq; immanitas, cui tamen speciem obducunt pietatis, *έχοντες μόρφωσιν εὐσεβίας*, vt Apostolus inquit, *τὴν δύναμιν αὐτῆς ἡρυγμόν*: vt Cadmeæ cuiusdam victoriæ vesana cupiditate efferati, non attendant naufragia rei Ecclesiasticæ, vesti quandoq; in eadem cum ijs, quos tam hostiliter insectantur, nauicula: eos dum percutentes videant, vt ille in Apologo, haud quaquam ipfi concidere detrectant. Neque enim suæ virtutis diffidentia deterriti, nisi per depressionem ac summersionem alienæ, se confistere atq; eminere posse confidunt.

Erat autem Christianæ caritati hoc maximè consentaneum, aduersus communem veritatis hostem animis & fraterna voluntate coniungi, non distractiones quærerē mutuas, aut odiorum fouere dissidia. Sed, prohdolor, in ista leuitatis præsumtione, atq; audaciæ licentia, suis cupiditatibus patrociniūm prætexente veritatis, eo peruentum est, *vt nemo ferè την λογομαχίαν την εἰς ὁδὸν χειρῶν*.

## PRÆFATIÖ.

οίμον, ὅπει κατασεφῆ τὸν ἀκρόντων, (loqui enim nobis fas sit cum Apostolo) operæ se premium fecisse existimet, nisi aduersantes ipsius βεβήλωις κενοφωνίας, super quas, ædificatione dissentanea atq; absurdā, extruere conatur proprij capitis figmenta, concitata in eos ipsos plurimorum odij insectatione, ac malevolentiae inuidia, penitus euertat. Quam enim quisq; opinionem somniauit, aut alicunde arripuit, eam dogma esse vult: ad quod alijs comprobandū, si suæ ipsus laboret auctoritatis infirmitate, quasi tibicines supponit alienæ; nihil curans Dei æterni iudicium, nec quicq; pensi habens, quòd cultus idolorum ac superstitionum erroribus corroboratis, vnā cum veritatis amissione, Ecclesiæ quoque status labefactetur, atque hunc conuellentes, proq; illis propugnantes, adiuuentur.

Et est enim recordis improbitatis, atque obstinatæ peruersitatis tanta cæcitas, vt, fatali quadam calamitate, mentis & intelligentiæ oculis capta, non dispiciat peruvicaciā istam, ad suum ipsius exitium pertinere. Quod quidem & os veritatis indubitato comminationis cœntu prædicens, non mo-

P R A E F A T I O .

dò in hac vita ~~εγκέψειν~~, hoc est, excidium atque extirpationem ijs minitatur, sed etiam in futura coniectionem in ignem gehennæ impendere ijs significat, cum ait: *Quaecumq[ue] arbor non fert fructum bonum, exciditur. O in ignem coniicitur.* Hic tandem exitus, hæc pœna manet eos, qui, cum pietatis & sanctimoniarum simulatione, in ouiculas sibi commissas grassantur, suffurantes Deo debitam ipsi gloriam, ac Christum, quantum in ipsis est, meriti sui laude spoliantes, rusticaque credulitate fruentes eorum, quorum non modò arcas, vendendo ijs nenias ac fumos, argento emungunt, verùm etiam conscientias affligunt, implicando ipsas μω-  
ρῶν ἡ δοτεύεται ζητήσεων, hoc est, stolidarum & ineruditarum questionum, quas iccirco Apostolus meritò vitare iubet, labyrinthis atq; ambagibus.

Sed longiores sumus, quam instituamus; breuiores certè, quam rei magnitudo postulat. Atq; expressit nobis hanc querlam minimè simulatam iustissimus dolor, quem nobis affert commiseratio plurimum, in primis verò iuuentutis scholasticæ, quam indies à corruptoribus istis sanioris  
doctri-

## PRAEFATIO.

doctrinæ, cum salutis ipsorum iactura, seduci videmus. Neq; verò aliter nos facere sicut ratio muneris & officij, quod in Ecclesia Dei curantibus, doctrinæq; ac disciplinæ præfectis incumbebat. Ad cuius debitam functionem, cùm & de exemplo vnici pastoris nostri ac custodis Christi Iesu, deque Apostoli præcepto, omnino pertineat atten-  
tio hæc siue *περὶ ἔχεια* pro incolumentate oui-  
culatum nobis traditarum, ne scilicet blan-  
ditiarum illecebris inescatæ, luporum irre-  
pentium fraude & insidijs circumueniantur:  
nemo, qui officij nostri partes paulò diligē-  
tius aestimauerit, hanc sedulitatis circum-  
pectionem, admonitionisq; solicitudinem  
vitio nobis vertet.

Accesit præterea ad hunc curationis publicæ respectum etiam necessitas quædā priuata, vt minime illa quidem iucunda (*μήνης ἀναγνοῦσιν οὐδὲν μέτρον εἴσοντες*, secundūm veteris poëtæ versiculum) ita allata nobis ab ihs, quibus persuasum est auctoritatem suam, pro qua stabilienda, quam pro aſtruenda veritate, magis laborant, neruosque inten-  
dunt suos, minime posse consistere, nisi ob-  
treſationibus & calumnijs labefactent alie-

nam.

## PRÆFATIO.

nam. In quo tam egregio conatu, minime  
à procacitate ingenij ipsorum alieno, etiam  
nulla à nobis lacerissiti iniuria, non putarunt  
sibi expectandam occasionem, cuius matu-  
ram oblationem non ferebat cupiditas eo-  
rum & ambitio, & nostra denegabat mode-  
ratio ac patientia, sed de sepe, quod dicitur,  
arripiendam. Videbant enim, quod res erat,  
Anhaldinis vna cum sinceritate religionis,  
ac veritatis professione, vnicè esse propoli-  
tum studium colendi pacem & concordiam  
cum omnibus, à quibus non essent iniquè  
prouocati; in primis vero cum vicina Aca-  
demia VVitebergensi, qua cum sibi, ab ini-  
tio usq; repurgatae doctrinæ coelestis, animo-  
rum & voluntatum suauissima fuerat con-  
iunctio. Cuius vinculum, vna cum vicinita-  
tis atq; iuris hospitij cognatione, tam arcte v-  
trosq; inter se colligauit, vt neq; temporum  
varietas, neq; hominum quorundam male  
feriatorum importunitas, eam diuellere po-  
tuerit.

Atq; confirmauit insuper ipsam vel ma-  
xime consensus doctrinæ huius ditionis cum  
scholæ illius doctoribus, atq; Ecclesiæ lumi-  
nibus, quos cum grata beneficiorum ab ijs  
acce-

## PRAEFATIO.

acceptorum recordatione nominamus, D.  
*MARTINI LUTERI*, & communis præceptoris nostri *PHILIPPI MELANCHTHONIS*. Quibus cum quanta, superioribus annis, reuerendissimæ ac beatissimæ memoriæ *PRINCIPI GEORGIO ANHALDINO*, fidelissimo CHRISTI IESV ministro, ac magnitudinem amborum fortissimo, intercesserit amicitiæ & consuetudinis familiaritas, ac proflus necessitudo, quorsum attinet commemorare?

Et est verò in religionis & fidei consensione, ad conciliandos, & amoris benevolentia conglutinandos animos, tantum momenti positū, ut nihil sit illa in hanc partem efficacius. Hæc vinculum est amicitiæ; hæc ciuium societatis & coniunctionis columen; hæc fundamentum, quo legum nititur auctoritas; hæc tranquillitatis publicæ priuataq; firmamentum. Itaq; hanc ipsam ut sanctam tectâ tuerentur *PRINCIPES ANHALDINI*, non degeneres à prosapiæ suæ auctore, cui sacri ignis custodia, hoc est, religionis & lacrorum tutela ac defensio *SCANIS* nomen fecisse existimatur,

β

nepo-

PRAEFATIO.

nepotes, nihil prius habuerunt cura, diligentia, fortitudine, & constantia in defendenda veritate cœlesti, ac propaganda ad posteros illibata Augustana confessione, pro qua maiores ipsorum in vita ac fortunarum discrimen se coniecerant.

Sicut autem, quod princeps philosophorum verè scripsit: ἐδαμεῖ καὶ τὴν μαστικήν τέροιν, ἀνδρὸς πλευτικῶν νόμων, hoc est, ut Romanæ eloquentiæ parens exposuit; *Muscorum cantibus mutatis, mutantur ciuitatum status*: ita postquam, nescio qua innovazione, temel à veteri illa religionis Christiana, à LUTERO & MELANCHTHONE traditæ atq; illustratæ, harmonia pulcherrima, suauissimoque concentu recessum est, simul non ab tq; Ecclesiæ perturbatione, probroq; ac dedecore scholæ VVitebergensis, labefactari coepit rei ecclesiasticæ pax & tranquillitas, atq; fatali quadam temporum iniuria, paulatim interrumpi eius, de qua diximus, consuetudinis usus ac consensio. Neq; enim nouæ huius Theologiae autores, atq; Concordiæ discordis architecti, & quo animo ferre poterant, quod constitutum videbant Anhaldinis, LUTERVM &

## PRAEFATIO.

**E**PHILEPPVM potius præceptores suos, & Augustanæ Confessionis incorruptos agnoscere interpres, quam ipsorum amplectu declarationem, non modo ab utriusq; dogmate dissentaneam, sed etiam à norma veritatis, hoc est, à canone scriptorum Propheticorum & Apostolicorum, ac puræ antiquitatis consensu, discrepantem.

Qui, ut suæ ipsius ~~doctrinæ~~, ac secessio-  
nis à doctrina sonante in Ecclesijs recte sen-  
tientibus, vniuersos & singulos non euntes  
in ipsorum sententiam, callide insimularent,  
atq; apud eos, quorum præcipua erat poten-  
tia & auctoritas, traducerent; ex *LUTERI*  
scriptis, ad cuius nominis mentionem, pro-  
pter illustrem celebritatem, omnes commo-  
ueri animaduertiebant, electis fere ijs, qui  
ab ipso, feruente certaminum contentione,  
vehementer & acriter prolatæ, causa q; gra-  
uitate & inficitia quorundam importunita-  
te urgente, aliquando inconsideratius edita  
fuerant, his inquam excerptis, atq; alieno lo-  
co, nulla negotiorum, nulla temporum, nul-  
la deniq; hominum, quibus cum illi res fuit,  
ratione habita, ingestis, supra ea, magis in-  
consentanea atq; abhorrentia, ne dicamus

## PRÆFATIO.

monstrosa, extruere conati sunt, non sine  
maxima illius ipsius deformatione atq; in-  
famia, cuius auctoritatem quasi sacrosan-  
ctam ac perpetuam, ad opinionum suarum  
portenta detorquebant. Est autem nocens  
admodum & perniciosa res, humanæ ratio-  
nis artificium & architectura in dogmatibus  
diuinis, siue à malicia, seu quodam non im-  
probando consilio, peruerso tamen studio,  
ac sinistra contentione, profecta. Hanc igitur  
singularis exempli atq; omni reverentia  
viri dignissimi auctoritatem ventilando tri-  
bunitijs concionibus, atq; scriptis futilibus  
ad cœlum vsq; extollendo, trito pseudopro-  
phetis more, secundum Prophetæ quere-  
lam, suas cum tritico Dei paleas miscere non  
defugerunt.

Verum, cum istos quoq; doctrinæ sive  
aceres, tanquam frumenti retrimenti, ven-  
tilabro *PHILIPPI MELANCHTHONIS*  
ad ventulum excuti ac perpurgari perspic-  
erent; ne quid relinquerent inaulum, <sup>et</sup>  
~~deut~~ <sup>cor</sup> ~~an~~ <sup>et</sup> ~~et~~, vt est in proverbio, in hoc in-  
cubuere, vt postremos illos Ecclesiæ anti-  
stites, animis & voluntatibus temper con-  
iunctissimos, in explicatione doctrinæ coele-  
stis

## PRAEFATIO.

Itis dissentanea tradidisse, persuaderent  
summis, mediocribus, insimis; atq; scripto-  
rum *LUTERI* sinceritatem immodicis  
efferendo laudibus, errorisq; Sacramentarij  
insimulando *MELANCHTHONEM*,  
omnem libris huius fidem & auctoritatem  
derogarent. Atq; ut animi sui cogitata com-  
modius ad finem destinatum perducerent,  
ēntē ἀγόνητα, consentanea inconsentanea  
conquirentes, inq; mitifice ac duriter à *LUT-  
TERO* dictorum explicatione suam o-  
stentantes scientiam, ac rerum diuinarum  
cognitionem incredibilem, multa non satis  
intellecta, pleraq; etiā depravata, repudiato  
omni studio ac cura distinctè explicateq; lo-  
quendi, nouatoq; dicendi & docendi gene-  
re, obscurataq; verbis mirè excogitatis orati-  
one, nouam commenti fuere doctrinæ for-  
mam, neq; sibi ipsi consentientem, neq; re-  
tinentem τὴν Ἰωάννου τὸν ὑμαρόντων  
λόγων. Cui tamen ut fidem facerent, non  
tantum apud stolidam plebeculam, sed etiam  
apud eos, qui se primos esse omnium rerum  
volunt, nec sunt; dogmatum suorum infir-  
mitatem atq; absurditatem, *LUTERI* au-  
ctoritate subleuare ac comprobare attenta-

## PRAEFATIO.

runt: cum tanta quidem summi illius ecclesiastæ ignominia, ut, si qui ad maculam nominis ipsius inurendam coniurarent, vix illud fædus contaminare potuerint. Et tamen opprobria illa *LUTERI*, cum tanta (ut Chami proteruitatem huc accômodemus) pudendorum *NOAE* denudatione, *Entrenos* se quam *Christianos* prohiberent mali-  
hant, cum ille, qua fuit modestia, non modo quemq; de suo nomine vocari noluerit, sed etiam publice professus sit, optare se, ut sui libri portis intereant, q; ut veritas do-  
ctrinæ in Ecclesia, non sola sacrarum literarum vitatur auctoritate.

Evidem non dubitamus, quin harum rerum mentio multis futura sit intuavis; de nobis enim conjecturam facimus, quibus minimè incundum est eorum meminisse, quæ sopita potius, atq; ex omni memoria, vitaq; nostra euulta esse mallemus. Sed vice tamen nostram æquanimitatem ac patientiam aduersariorum malicia & improbitas, fecitq; ut in hunc sermonem nostra prolaberetur oratio, non illum quidem suceptum à nobis ad accusandum eorum quempiam, de quibus haec tenus cõquesti su-  
mus,

## PRAEFATIO.

mus, quorum immanitati nulla par esse pos-  
sit accusatio; sed ad innocentiae nostrae ex-  
cusement ac defensionem probandam ijs,  
qui aduersariorum nostrorum calumnias  
persuasi, sinstra de nobis suspicari cœpe-  
runt. Et est enim istius farinae hominum,  
quos, si a principe familie calumniatorum  
diabolo appellare fas sit, DIABOLISTAS  
nominare possumus, tanta erga opinionum  
suorum commentis aduersantes odij saevitia  
atque crudelitas, ut, non contenti a speritate  
concionum atrocium, quibus exagitarunt  
hactenus, quotquot scitam ipsorum sobo-  
lem, hoc est, Pandoram istam deosculari re-  
cularunt, atq; inter eos, præcipue Anhaldis-  
nos, quos vicinorum appellatione miseræ  
plebeculæ diris execrando prepinare ge-  
stunt: hac inquam acerbitate non contenti,  
etiam chartis in publicum non tam editis,  
quam euolantibus, infectentur Ecclesias hu-  
ijs principatus, nulla lacessiti ab ijs iniuria,  
meraque incitati petulantiae procacitate, vel  
potius furore quedam insanæ. Neq; verò  
tantum has animo gladiatorio impetunt,  
quantum illarum inspectorem, fidelemque  
Christi seruum, ac collegam nostrum &

## P R A E F A T I O.

magister carissimum, Amlingum. Qui  
conuicij laceratum, ac nigris salibus, ut Po-  
eta inquit, & morsibus dentis cruentis distri-  
ctum, neq; vnius alicuius erroris falso insi-  
mulatum, non modò collegis suspectum  
reddere, sed etiam in procerum extremum  
odium adducere summopere laborant.

Quod cum haec tenus, propugnante pro  
ipso veritate, nullis machinis, nullo ingenio,  
nulla arte, pro libertu suo effectum dare po-  
tuissent: ecce in Solem tandem & puluerem  
prodijt athleta vetus, sed corpore quam ani-  
mo robustior, qui aperto illi Marte bellum  
indiceret, D. IOANNES MATTHAEVS,  
nouæ istius Theologiæ in Schola VViteber-  
gensi Doctor ac professor. Is, post pugnae  
velitaris quasi præludia quædam, quibus ar-  
gumenta sex Anhaldinorum, neq; tam An-  
haldinorum, quam totius orthodoxæ & œ-  
cumenicæ Ecclesiæ argumenta, reali idio-  
matum communicationi, hoc est, naturarum  
in Christo confusione opposita, impugna-  
uit, cum promissa sibi temerè victoria exci-  
disset, propterea quod in antagonistam in-  
cidisset minime ad arma rudem, omni col-  
lecta & sua & cohortium auxiliarium manu,

extre-

## PRAEFATIO.

extremam belli aleam expiri voluit. Cumque persuasum sibi haberet, se terrore nominum pñne ipso sono timendorum, *Decani* videlicet, & collegij facultatis *Theologicae in Academia VVitebergensi*, æmulum suum protinus, quasi fumo apiculas, repulsurum, signum illud in prima acie contra Amlingum extulit.

Sed de his haec tenus, quæ ideo silentio involuenda non duximus, ne quis forte ~~me~~ *πειρωντος ουραγωγεως* ignorans, existimaret Anhalдинos, vel *Matthaeo*, vel copijs quoque *Vbi quitariorum*, in quorum veteranus ille seu veterator castris meret, primos bellum indixisse. Nobis profecto etiamnum nihil prius in votis est, quim veterem cum vicina Academia pacem & amicitiam constanter tueri, cui & studia nostra & officia, salua veritate & conscientia, pro virili probare semper parati sumus; neq; huius nos propositi vel huc vsq; pœnituit, vel pœnitabit in posterum. Itaq;, si quid in hac secunda Defensione, quam rursus aduersariorum nobis extorsit violentia, in aliquos scholæ illius proceres dictum videri poterit inclementius, id non dictum, sed responsum existimabitur

## PRAEFATIO.

eorum calumnijs, quibus, vt suæ patroci-  
nentur Vbiquitatis portento, in animo est  
per Anhaldinorum latus, iugulum petere  
veritatis, atq; conuellere orthodoxum & ca-  
tholicum de persona Christi consensum.

Hoc ita se habere, lector intelligens & can-  
didus, quod cōfidimus, de scripti huius apo-  
logetici pellectione paulò attentiore, æstima-  
bit. Cuius quidē inscriptionē, quin Aristar-  
chi nostri antiquū obtinētes, carpendo ex-  
agitaturi fint, nostram in illa requirentes mo-  
dēstiam, vel potius arrogantiam notantes &  
insolentiam, dubium nobis non est. Sed ar-  
ripiant tanè boni viri hoc quasi pabulū ob-  
trectationis & calumniarum, quārum sagina  
incundē frui, sibiq; in ea delicias facere con-  
sueverunt. Nostræ certè modestiæ non fuit  
illorum defugere auctoritatē, quibus, quēd  
& fundamenta huius controversiæ probè  
perspecta haberent, & sophismatum partis  
aduersariæ præfigias, ac mendaciorum impo-  
sturas, & contextos ex arena funiculos, lati  
intelligerent, vitum fuit hunc ipsum secun-  
dæ hinc Defensioni titulum *αὐτολεξίᾳ* præ-  
ponere. Itaq; cūm tantorum auctorum ob-  
secuti simus voluntati, malumus aduersarios  
nostros,

## PRAEFATIO.

noscos, si omnino ipsorum censuræ sube-  
unda nobis est severitas, nostram desiderare  
modestiam, quam ab ijs, qui & dignitate &  
beneficijs plurimum apud nos possunt, si a-  
liter fecissemus, requiri officium. Minime  
enim honestati duximus contentaneum, re-  
fragari eorum virorum iudicio, qui pro ea  
qua instructi sunt doctrinæ orthodoxæ co-  
gnitione haud quaq; illa quidem vulgari, i-  
doner in hac controversia esse possint veri-  
tatis arb tri: & pro sua erga rem pb Anh. L-  
dinam pietatis fideiq; debitæ affectione, ac  
studio singulari, profiteri eam & soli & cum  
alijs, si res postuleret, non erubescere. Est n.  
hoc ipsis persuasum, quod in epistola q; na-  
dam Constantini Imp. legitur, Eum, qui à  
veritate aberret, aberrare ab ipso Deo: Si-  
quidem Dei Filius Deus verus, est ipsa etiam  
veritas, sicut sapientia Dei. Sed de virorum  
illorum pietate, virtute, integritate, ac cum  
ingenij iudicijque dexteritate coniuncta sa-  
pientia, in præsenti quod res erat prædi-  
care, nō sinit nos amicorum nostrorum, qui  
soli sapere sibi videntur, inuidiæ & maleuo-  
lentia obtrestatio, ac calumnia.

Verū enim uero demus sane hoc cen-  
sori-

## PRAEFATIO.

K  
soribus nostris, non eorum quos diximus,  
sed nostram hanc esse inscriptionem, sine ti-  
tulum. Et, quid tandem censem immodestia  
in illo, qui fiducia bonae causæ, victoriæ  
veritati debitam, sermone ac scriptis vendi-  
cat? Quod si iusticiæ maximè proprium est  
summ cuiq; tribuere, quomodo à modestia  
alienum existimabitur, quod cum iusticia  
coniunctum cernitur? Itaq; satis mirari non  
possimus, quid in mentem venerit, vel an-  
tagonistæ nostro D. Ioanni Mattheo, vel  
certaminis huius arbitris, οἵ της τετταύνων  
κερμίας ἀρχασι, quos ἀλυτάρχας olim ap-  
pellatos accepimus, ut in Defensione nostra,  
quam ipsi ut parum modestam, atq; ut ipso-  
rum verbis loquamur, ὡς ὑπεριστοῦντες  
πυκκῆνι sugillant, modestiam requirerent.  
An verò singulares illi modestiæ magistri i-  
gnorant, dignam Christiana professione  
modestiam nullo pacto excludere πλὴν παρόν-  
σιαν in asserenda veritate cœlesti? An fines  
illius excessisse arbitrantur ipsam veræ mo-  
destiæ ideam Filium Dei, quando, aut ad-  
uersus Iudæos doctrinæ suæ veritatem, ac  
personæ æternitatem asserens, in se contu-  
meliosos atq; adeò blasphemos, degenerem  
*abra-*

## PRAEFATIO.

Abrahe Sobalem, & ex patre diabolo, cuius  
opera mendacijs & homicidijs imitentur, ge-  
nitam contendit? aut, cum Pharisæorum &  
Scribarum fastum retundens, nunc hypocri-  
tas, nunc expilatores orphanorum & vidua-  
rum, nunc fatuos & cacos, nunc sepulcris  
dealbatis similes pronunciat? An immoder-  
stæ reum peragent præcursum illius Io-  
annem Baptistam, quod Pharisæos & Sad-  
ducos iusticiæ suæ opinione inflatos, ac e-  
picurea securitate excæcatos, sine resipiscen-  
tiæ fructu aliquo ad se venientes, salutat  
compellatione minimè ipsis honorifica pro-  
geniei viperine? An deniq; immodestum  
perhibebunt, organum Dei electum, Pau-  
lum Apostolum, eò quod Ananiam pontifi-  
cem Maximum, iniuste vapulare ipsum iu-  
bentem, parietem appellat dealbatum? de quo  
injuria ab eo sibi facta ad Dei tribunal pro-  
uocat? Mittimus nunc ceteros Apostolos,  
quorum modestia, haud quaquam dissimu-  
latione assentatoria, quam amici nostri ex-  
petere videntur, veritatis prodidit defensio-  
ne. Mittimus illorum σύγχρονον, marty-  
rem sanctiss. Ignatium, qui ad Trallianos  
scribens, inter hæreticos & αιθρωπλάνους,  
que?

## PRÆFATI<sup>O</sup>.

quos fugiendos illis censeret, tanq; nō tū mī  
p̄s ēy yova, nā yevāvta uq̄m̄n̄ Javath̄ōc̄ḡv, im-  
puros nominat Nicolaitas, fallum sibi no-  
men sumentes, volupratum amatores, & sy-  
cophantas. Neq; tamen facere possumus  
admonente præteritum nos conuenientia no-  
minis, quin vnum adhuc exemplum haē-  
nus commemoratis adjiciamus, & quidem  
martyris constatissimi, qui cognominis fuit  
vnius ex collegio isto nouæ modestiæ, arque  
auditor, non, ut hic, Ap̄stoli Vbi quiratis  
sed Ap̄stoli Iesu Christi, cui etiam suo san-  
guine testimonium perhibere non detrectas-  
vit. Is, cum aliquando Romæ obuiam factus  
esset Marcioni, atque ab eo interrogaretur,  
num ipsum agnosceret, Ego vero, respondit,  
agnosco primogenitum Diaboli. Agite dum,  
Modestiæ doctores, an, hæretico ista respon-  
dentem, puteris parum habuisse modestiæ.

Sed vos nimirū talem in Anhaldinis effla-  
gitatis modestiam, qualem soletis postulare  
in subscriptoribus vestris parasitis, qui,  
ne offæ iacturam faciant, ventris causa or-  
mua afflentantur, patribusq; Bergenibus  
ultra arridentes, & ingenia eorum admira-  
entes simul, vt Gnath̄ ille comicus, quic-  
quid

## PRAEFATIO.

quid dicunt, laudant, id rursum si negant, laudant id quoq;. O tempora, ò mores. Et tam  
men mancipia ista, &, ut Oratij verbis vta-  
mur, seruum pecus, cùm vel sputum lingant  
eorum, qui hoc ipsis obsequium & κολακεί-  
ως obiecerunt, facere eos scriptitantes o-  
mnia, VT OFFAM SERVENT: cum  
summa omnis & pudoris & verecundiae, ne  
dicamus conscientiae & existimationis, pro-  
fligatione, audent profiteri, se modellissimi  
præceptoris sui, quem honoris causa nomi-  
namus, PHILIPPI MELANCHTHONIS  
sequi moderationem, ac temporice dere, hoc  
est, necessitatiparere, quod semper sapien-  
tis sit habitum. A cuius viri modestia & sa-  
pientia, κριτικής isti tantum absunt, quan-  
dum qui maxime.

Ceterū nos istos, qui poshabita,  
quam in lege sua Deus requirit, confessione  
veritatis, nec quicq; penit habentes, quam  
precibus quotidianis, si credere fas est, ex-  
poseunt, nominis diuini sanctificationem,  
subscriptione Catechetica non Criticā fa-  
ctū excusant suum; istos iustiss. Dei iudicio,  
ad cuius & ipsi tribunal, reddituri coram eo  
subscriptionis sive rationem, appellartint,

## PRÆFATIO.

vñā cūm patrum & fratrū suorū relinquentes manipulo, deinceps rationes excutiēmus, quibus Amlingi immodestiam, <sup>mo-</sup>  
*destiæ apex amicus noster* demonstrare co-natur. Operæ enīm precium fuerit, illarum  
robur ac nerois cognoscere; præsertim, quæ  
auctorem habeant disputatorem tam va-lentem.

*Academiam (inquit) VVitebergensem,*  
*modestiam suam mirifice prodens Amlingus*  
*scripsit, tam diu floruisse, quam diu pax vigu-*  
*erit cum fidei sinceritate coniuncta. Quid in*  
*his, Matthæe, non satis modestum? Mini-*  
*mè mirum ignota tibi esse Græcorum & La-*  
*tinorum poëtarum & oratorum de pace e-*  
*logia; neq; enim literas te politiores magni-*  
*facere, non frustra nobis fidem fecerit, quod*  
*te loqui scribis, ut potes, hoc est, barbare, in-*  
*scitè, indiserte, & omnino illorum more, in*  
*quorum catalogo nomen extat tuum, ob-*  
*sciturorum inquam virorum, quorum ele-*  
*gantia & latino Hechingensi tua referta est*  
*responsio. Illud tibi iam veterano atq; eme-*  
*rito Ecclesiæ antistiti, & quidem sacrarū lite-*  
*rarum professori publico, non in mentē ve-*  
*nisse satis mirari non possumus, quod regius*  
*Propheta*

## PRÆFATIÖ.

Propheta de pace & Cōcordia, cuius fragrā-  
tiam balsamo confert Aaronis vertici & bar-  
ba superfluo, indeq; ad sacra usq; vestis limbū  
desuenti, itemq; rori cœlesti, Hermonis &  
Sionis montana irriganti, præclarè enuncia-  
uit, fratribus, inquietus, coniunctione suauissi-  
ma omnem contineri salutem & incolu-  
mitatem; quippe à qua, de mandato diuino,  
redundent commoda vniuersa, ac perpe-  
tuò mansura. Quod si, dictante Spiritu san-  
cto, Dauid verè illa retulit, num ab Amlin-  
go immodestè dictum existimabitur, quod  
cum utroq; locutus est? Sed tibi scilicet ho-  
mini pacifico, pacem voce prætendenti (yt  
Hieronymi illud tibi applicemus) opere de-  
struensi; verbisq; sonanti concordiam, re exi-  
genii seruitutem, quod ab Amlingo de  
schola vestra verè dictum erat, propterea vi-  
sum fuit insolentius, quod talem amplecte-  
ris pacem, quam Concordiæ vestræ archi-  
tectus, pro εἰρήνῃ ἔργῳ crudendo, ac luci te-  
nebras miscendo extudit. De qua Ignatij il-  
lud non inscitè usurpaueris; Maledicta sit  
omnis concordia, destituta sinceritate do-  
ctrina.

At verò Defensioni sua Amlingus co-

A

roni-

## PRÆFATIO.

ronidis vice querelam adiecit cathedrae LUTHERI, planum facientem, quām reverenter de studijs iam in Academia VVITEBERGENSI docentium & discentium sentiat. Hic tuam ipsius, Matthæe, requirimus modestiam, qui, quod tibi, & tui similibus, hoc est, VVNITATE sua doctrinæ orthodoxæ obstrepen-  
tibus, SAGITTAT A Sq; veneno illitas in in-  
nocentes eiaculantibus, & sine MVLTA  
ERVGE optimè de Ecclesia meritorum  
famam carpendo arrodentibus, dictū erat; id  
tu, (qua fronte ipse videris) quia amicorum  
sunt omnia communia, cum ceteris collegis  
tuis communicas. Et quid est, quod te ca-  
thedræ querela offendit? An non legisti,  
quod Scruator noster Phariseis responderet,  
indignè ferentibus acclamationem populi  
Deum celebrantis, si isti inquiens, siluerint,  
lapides mox locuturos? Itaq; mirari non de-  
bes, mussitantibus in Academia vestra  
plerisq; quos præceptorum suorum hono-  
rem & existimationem, præ alijs, voce &  
scriptis asserere par erat, nunc cathedram  
pro antiquis doctoribus suis verba facere  
incipientem, aduersus degeneres ipsorum  
successores, auctoritatem corundem yin-  
dica-

## PRAEFATIO.

dicare. Quæ, si te sua querimonia non tetigisset, haud clamares: nec, quæ de Ario in pluteis suis differente, deg̃ Nestorij delirij, & Eutychiana hæresi ab Orco reuocata, misella secum queritur, tibi accommodares, nisi omnium istorum errorum, vel furorum potius, tibi optimè esses conscius. τῷ γε ἐνδον οὐκέτι διαγνομένῳ πάσῃ ἀφρού αλίσκεται, secundūm Philonis dictum.

Sed pergit Amlingum immodestia simulare Matthæus, quod de formula Concordia, de Apologia, & eius autoribus, non sat modestè iudicet. Hinc illæ lacrymæ. At qui hoc laudi sibi dicit Amlingus. Cur enim, aut colluuiem istam hærelium maioris faceret, quam auctor ipsius præcipuus, quem Christianæ ac sacrosanctæ Concordiae pagellis (absit inuidia vero) in itinere nates teruisse, atq; ita exemplū manu exaratum mutilasse, à fide dignis accepimus? aut, cur compilatores eius honestiore ornaret eelogio, quam se ipsi mutuò; quippe qui se intus & in cute norunt? Eccui enim ignotæ sunt, quæ multorum usurpantur sermonibus, laudes egregiæ, quas alter alterum criminando & recriminando sibi tribuunt,

## PRAEFATIO.

ambitionis scilicet, auaritiae, levitatis, inconstantie, infidelitatis, prodigionis, additus etiam profanae & impiae securitatis. Nimirum has in Episcopo virtutes Apostolus requirit, cum eum iubet ἀρεγυλητον εἰναι, ὃς Ἰησοῦς ὄντος, μὴ αὐθάδη, μὴ ὁργίλον, μὴ πάνερον, μὴ ἀληγότων, μὴ αἱχρονερδην, & quæ præterea, ad officium eius pertinentia, ab illo prolixè recensentur.

At Matthæi quoq; personam Amlingus male tractat, traducendo eum, irridendo, multarum insimulando heresim. Bona verba quæsumus Matthæe: nam leniter qui serviant, sapiunt magis, si Comico fidem habemus. An te fugit, quod Laſtheni Olympio & complicibus eius Philippus rex Macedonum respondisse perhibetur, indignantibus illis quidem, qui ritantibusq; quod nonnulli ex regio satellitio proditores iplos appellarent? Leuos nimirum aiens, & aggressus homines esse Macedones, qui ligonem ligonis afficerent nomine. Itaq; non est quod inique feras, Amlingum Francia Orientali oriundum, natione, quod de ea præcipuum gentis illius, atq; adeò totius Europæ lunen & decus prodidit, ceteris Germaniæ populis simpli-

## PRAEFATIO.

*Simpliciore, & magis rustica: à cuius tu inge-*  
*nuitate & candore nimium quantum abes;*  
*cum vulgo doctorum homines vanos, hoc*  
*est, mendaces & infidos, & leuia inaniam, pro*  
*graibus astutissimè componentes, (ita enim*  
*Apollinaris apud Gellium nomen illud in-*  
*terpretatur) appellare μαράγγες, deceptum*  
*fortasse linguae peregrinæ consuetudine.*  
*Ecquid vero à modestia alienum, in Aria-*  
*norum, Nestorianorum, Eutychianorum,*  
*Patripassianorum, Monotheletarum, Sabel-*  
*lianorum castris aera merentes, hereticos à*  
*nobis nuncupari?*

Sed de Amlingi modestia satis, vel et-  
iam nimium: nunc tuam quoque videa-  
mus, vt, secundum adagij sermonem, *pur-*  
*puram iuxta purpurā* dijudicemus. Quod si  
hoc tibi persuatum est, quod sumimus Philo-  
sophorum censuit, modestiæ maximè esse  
consentaneum τὰ ἐαυτῷ πεάπλεν, seu (vt di-  
uus Paulus loquitur) τὰ ἵδια πεάπλεν, hoc est,  
res suas agere; vide sis Matthæe, quomodo  
modestiæ laudem, quam Amlingo inuidens  
tibi arrogas, tueri possis. Quid enim tibi rei  
fuit cum Anhaldinis ecclesijs, vt in eas ὡς  
ἀλλογενίσκοντος, contra Petri edictum, in-

## PRÆFATIO.

quisitionis cuiusdam ius sumeres? Cur *An-*  
*haldinorum argumenta* non tibi objec̄ta, sed  
ex consensu Ecclesiæ catholicæ, ad præmu-  
niendas suas ipsorum ecclesiæ, aduersus no-  
uæ Theologiæ corruptelas, studio amante  
pacem & veritatem congesta, tu nulla ad-  
ctus necessitate, meraq; impulsus ambitio-  
nis arrogantia, & insolentiae fastu, ne pa-  
rum didicisse videreris, nisi alios exagittares,  
confutare aggressus es?

Cogitare debebas, Matthæe, illud pie-  
tate præstantis & doctrina excellentis Iustini  
martyris, quo scripsit: Φενίμες υποληφέαν  
Ἐάλλες, καὶ τὸ σωτεῖον εἰς διπλεμήπον ἐστι μόνον.  
Persuadere n. sibi, quicquid a suis cogitatio-  
nibus & rationibus discrepet, id nullius esse  
momēti; nec quicquam pulcrum ducere, ni-  
si quod ipse inuenerit, hominis est nimium  
sibi tribuentis, ne quid dicamus grauius.  
Nolumus enim illud Theognidis in te de-  
torquere: ὅσις τοι δοκεῖ: tu vide reliqua.

Quid? quod præclara ista confutatione  
tua non contentus, cum cramben etiam re-  
coctam reponeres, præfixa in fronte lepidi  
tui Tractatus mentione *Theologi alsocius*  
*Seruestani*, ad duellum nos prouocare ausus  
es?

## P R A E F A T I O.

es? An hoc, Matthæe, est, secundum Apo-  
stoli præceptum, τὰ ἴδια πράττειν? ac non po-  
tius πλευτερεγμονῶν? quod non modò à mo-  
destia, quæ, in opinionis de se conuenientia,  
necessaria exequendo, neq; alienis se inge-  
rendo negotijs, suæ obit functionis munia:  
sed etiam, si Platoni credimus, à iusticia  
prositus remotum est. *Nam curiosus nemo est,*  
*quin sit malevolus*, teste Comicorum omni-  
um lepidissimo. Quod quidem ita se habe-  
re, tuo exemplo confirmas. Quid enim tibi  
cum *illustri Gymnasio*, quod optimus & ge-  
neroſiſſimus Pr. Ioachimus Ernestus, Pater  
patriæ, Ecclesiæq; & Scholarum nutritor,  
pietatis & bonarum artium culturæ, non  
Amlingo, ut tu calumniaris, aperuit? An  
non hæc peruersa est improbitas, & in tanto  
Theologo, quantum te videri scribis ijs, qui  
Tractatum tuum lutulentum literis com-  
mendarunt suis, minimè excusanda male-  
volentia inuidia, non posse te sine stoma-  
cho ferre, quod vides, tua & sodalium tuo-  
rum opera, exterminato è scholis vestris  
Christo, electæq; puriori religioni, fugatæq;  
humanitati ac literaturæ politiori, angulum  
relinqui, vbi latitent; cum tibi & tui simili-

## PRAEFATIO.

bus tota ferè pateat Germania, reserentur  
aulæ procerum, aperiatur curia, pandantur  
templa, primas accusationes præbeant con-  
uiuia, sesiones supremas concedat collegia?  
Quid tibi porrò cum officina Typographica?  
Vereris nempe, quod res est, veterator cal-  
lide, ne aureum illud doctrinæ Philippi  
Melanchthonis corpus, cui excudendo ve-  
stræ non vacant amplius officinæ (occupatæ  
scilicet in primendis scriptis polemicis, nu-  
gisq; inanibus & neniijs obscurorum viro-  
rum, & eorum, quos, secundum Satyricum,  
tenet insanabile scribendi cacoethes) quodq;  
cum auctore ipso, terræ mandatum, pen-  
tusq; obrutum malletis, quam in hominum  
versari manibus; hoc tu vereris ne apud  
nos, in Ecclesiæ & piarum scholarum usum,  
typis publicetur. Hæc non fingi à nobis, &  
tu idoneus esse testis potes, qui consiliorum  
istorum fuisti particeps: &, si recuses, testa-  
buntur, si opus fuerit, viri in primis honesti  
& fide digni.

Desine igitur, Matthæo, tuam nobis  
scabiem affricans, in Amlingo modestiam  
requirere, cum qua tantum tibi vides esse  
commercij, quantum cum pudore libidini,  
cum

## PRAEFATIO.

cum frugalitate luxuriæ. Quid? quod ne  
gregalibus quidem tuis, Ecclesiæ, te scilicet  
iudice, luminibus? quorum conciones fu-  
riosa, & scripta futilia, conuicijs referta sunt  
tam atrocibus & obscœnis, vt ne in vicis  
quidem & lustris audiantur tetriora. Verum  
ausus es, nisi fallimur, censor modestus &  
gravis, quod in te tuisq; sodalibus desidera-  
bas, notare in alijs: cumq; ex tuo ipsius o-  
culo trahem vitiosæ opinionis nondum ex-  
emissæ, de extrahenda aliorum festuca soli-  
citi. Quod si nobis in consilijs tui rationes  
inquirere, sicut tibi corda nostra scrutari,  
fas est, videris Matthæ, quod Amlingum  
falso criminatis, sepiarum imitari exem-  
plum, ipsus in animo habuisse. Quemad-  
modum enim illæ, teste Plinio, ubi sensere se  
apprehendi, effuso atramento, quod ijs pro san-  
guine est, infuscata aqua absconduntur; ita  
tu, cum teneri te atq; constringi animaduer-  
teres rationibus argumentorum euidentissi-  
mis, oculis minus perspicacium te surripe-  
re conatus es tenebricosis calumniarum, ca-  
uillationum, mendaciorum, ac sophismatum  
tuorum prestigijs, atq; inuolucris. Atq; cum  
in uerbosa ac confusa response tua fri-

## PRÆFATIO.

geres, neq; inuenires, vel quid statueres, vel  
quid labefactares, vel quid deniq; solueres;  
ex re visum fuit tibi Rhetori astuto in hunc  
quasi locum communem de modestia im-  
modesta euagari; ne prorsus tacendo con-  
tra patres tuos cum Anhaldinis facere ex-  
stimereris, id quod lectori non prorsus osci-  
tanti de responsonis tuæ tergiuersatione li-  
quidò patebit. Nobis quidem tu veteratoria  
tua, quamuis Orci galea absconditus, non  
facile elabêris: ac bona spes est, versutiam  
tuam, postq; semel veteres collegæ tui, ecclæ-  
siarum superioris Palatinatus ministri, tibi,  
præstigiator fallacissime, larvam detraxe-  
runt, alijs quoq; nisi prorsus ad imposturam  
tuam conniuere velint, cognitum iri.

Sed tuum est cauere, ne, quia nihil simu-  
latum est diuturnum, fraude, quam multis  
nunc callide facis, deprehensa, vel gregales  
tui dicam tibi scribant præuaricationis; vel,  
qui modò opera tua, tanq; lippo oculo v-  
titur Magistratus, de eadē edoctus, iusta in te  
tenebrio nem maximum seueritate animad-  
uertat. Quæ sanè in te exempla statui noli-  
mus, quod neq; ex tua, neq; complicum tu-  
orum cuiusq; malis & calamitate, volunta-  
tem

## PRAEFATIO.

tem capiamus: tantum abest, ut miseris & afflitis, quod tu cum tua cohorte soles, superbe & maledice insultemus. Quicunq; vero istam tuam fraudulentiam, qua veritatem iniustitia detines, sequatur exodus, de quo nostrum non est statuere: τὸ γδ μέλλον ἀόρατον, ut præclarè inquit Isocrates: Sed quicunq; ille tandem sequatur, hoc tibi persuasum esse debet, quod etiam homini religionis Christianæ prorsus ignaro, & quidem Comico, dubium non fuit, *Esse profectò Deum, qui, quæ nos gerimus, auditq; & videt.* Is cum antea tibi conscientia iœtu lacrymas excusserit, noli huius severitatem admonitione grauiori denuo experiri. Non .n. te coram hoc iudice excusabit, quo ad amicos prætextu uti consueisti, *TE M P V S & necessitas etiam vos multa docebunt facere, de quib. ita nō cogitatis.* Quæ q; honesta sit oratio, & digna Theologo excusatio, tibi & collegis tuis æstimandū relinquimus, qui mutuum vobis soletis dare testimonium, sicut mutuum muli.

Qua quidem opinione laudum propriarum ac *Φιλαυτία* inflati, penitusq; ebrij, vestrorum cum alijs dogmatum cōmunicacionem, ac congressus professione Christiana non

## PRÆFATI.

non indignos, & ad explicandas horum temporum controvierias summopere necessarios, magna contentione refugitis; tum *cane peius & angue exos*os habetis eos, qui istiusmodi conuentus pio ac religioso studio exceptunt, eorumq; auctores sunt; quippe vos metipsi, secundum Basiliū dictū contra Eunomium, καὶ οὐτιγένει, ἡ διαγονή. ē δημιονικὴ πάντες ὄντες εἰσι λεόδε. Cuius pericaciae, &, quæ vobis cōmunis est cum ijs, quos Basilius ibidem describit, electionis bonorum & doctorum virorum, & surrogationis in eorum locum minus idoneorum: (ἐν τῇ ἀρχοντίᾳ καὶ πάγκακος ἔμμορφος παῖς, ut Theognis præclare dixit) non est quod dubitetis, futurum aliquando ut rationem vos reddere oporteat Ecclesiæ, coram tribunalī seuerissimi & iustissimi iudicis, sententiam laturi deviuis & mortuis nemini seculis infinitis reuocandam.

Sed finis tandem sit huius admonitionis, nō tam propter aduersarios nostros, quibus verba virtutem non addunt, quippe contumeliosè deridentibus atq; insectantibus omnes, qui iustis & idoneis de causis ab ipsorum synagoga dissentunt, q; propter iuuentem

## PRAEFATIO.

tutem scholasticam, cuius aures & his & id  
genus alijs subiectionibus crebro personare  
non est inutile. Si quo .n. tempore seges cor-  
ruptorum sanioris doctrinæ secunda fuit,  
nunc certè feracissima est, herbas effundēs  
ac lolium, bono semini, h.e. salutari voci Eu-  
angelij, quam ex sinu æterni Patris protulit  
filius λόγος, nocentissimum. A qua pericu-  
lum quod nobis imminet, tanto est grauius,  
quanto ingenij hominum mendacis procli-  
vior est prolapsio ad errores ac mendacia,  
incitante illud fastidio quodam veteris do-  
ctrinæ, ac promouente insuper pruritu auri-  
um nouitatis cupidarum ; cuius gustum sua-  
uissimum offerunt phrasium nouarum com-  
menta, nullis retro seculis in Ecclesia Christi  
exauditarum. Quas, vel suis indulgentes cu-  
piditatibus, vel gratificantes & seruientes nu-  
tibus & voluntati aliorum, propterea arripi-  
unt audius, quod non rationis, sed imperitæ  
multitudinis feruntur iudicio, non ex verita-  
te, sed opinione rem æstimantes, neq; pôde-  
rantes, sed numerantes suffragia. Et sunt .n.  
pleriq; istorum non dissimiles ciuibus Thu-  
cydideis, Δελτοῖς ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερέπονται  
ταῦταις. Et accedit ad violentum multi-

## PRAEFATIO.

tudinis præjudicium, falsorum, ut ab initio dictum est, doctorum, non modò simulatio sanctitatis, qua veluti velum obtendunt suæ imposturæ, in ore semper habendo nomen Domini, sed etiam persuasio facultatis verborum promptæ, atq; suauiloquentiæ expedite, quæ ad irretiendos simpliciores, isti hominum generi trita est & familiaris.

Quod si cum his, quod tamen hac ætate raro vñvenire videoas, etiam *Jauuanus* coniuncta sit, nihil tamen magis doctrinæ illorum fides habenda est, propterea quod miracula ipsa neq; veritatis neq; sanctitatis satis certum perhibeant testimonium. Sed illud potius cum animis nostris assidue cogitandum, quod de istiusmodi præstigiatorib. & hypocritis Moses præcepit, *si quis*, dicens, *apud vos, aut vates, aut somniator extiterit,* qui *vobis signum aliquod aut prodigium edat:* & tamen idem vos cohortetur ad deos alienos, *vobisq; ignotos sequendos colendosq;: nolitote illuc aut vatis orationi, aut somniatoriis obtemperare somnio.* Tentat enim vos Ioua Deus vester, ut discat an se toto corde atq; animo ametis. Neq; nō illud Apostoli nobis perpetuū obuergetur, admonentis, tametsi angelus ē cælo

## PRÆFATIÖ

caelo diuersum nos doceat ab eo, quod ipse dō-  
cuerit, nihilominus eum detestabilem esse ha-  
bendum.

Itaq;, etsi schismata & hæreses, quarum  
nullis vnq; retrò seculis maior fuit vesania,  
quam hac delira mundi senecta, appetente in-  
dies magis magisq; die nouissimo, à Diabo-  
lo omnis & sophistica & errorum fanatico-  
rum patre proficiscantur: tamen, cùm hoc  
in illis boni sit, quod Apostolus indicat; *ιν  
ειδονικοι Φανεροι γενωνται;* vel hoc nomine  
minime existimandum est, eas casu quodam  
fortuito ac temerario euenire. Hoc autem  
sibi persuasum habeant subscriptores ac se-  
ctatores illarum, efficacitatem istam dece-  
ptionis atq; imposturæ errorum & mendaci-  
orum, quasi fatalem poenam esse dissimu-  
latæ ab ipsis ac repudiatae simplicis veritatis,  
*ιν αυτοις πάντεσι οι μὴ πιστεύοντες τῇ ἀληθείᾳ,*  
*αὐτοὶ εὐδοκήσαντες τῷ ἀδικίᾳ,* vt Apostoli  
verbis hanc concludamus præfationem,  
quaे opinione nostra longius processit.

DEVS æternus Pater excutiat è cordi-  
bus nostris socordiam & veternum securi-  
tatis, ne in utramq; aurem dormientibus  
obre-

**PRAEFATIO.**

obrepens hostis Ecclesiæ & Filij ipsius Sa-  
tan, cum profanitate ac peccandi licentia  
serat zizania, ac sanioris doctrinæ corrupte-  
las. Quod ne in nostro quoq; cœtu accidat,  
sua sapientia ac Spiritu sacro sancto regat, ac  
moderetur cùm docentes tūm discentes vo-  
cem Euangelij, ut illi quidem rectè secantes  
doctrinam veritatis, hi verò toto pectore e-  
am amplexantes, studeant grata Deo face-  
re, ac suam quisque ornare professionem  
morum probitate, ac sanctificatione ipsi pla-  
cente, per Christum Iesum Ἰησοῦν Θεόν τον Do-  
minum ac Seruatorem nostrum, cui vnā  
cum Patre & Spiritu sancto, sit laus, honor,  
victoria, & gloria seculis infinitis. Amen.

Serueta: Die festo falsorum Pro-  
phetarum, Anno salutis supra  
millesimum quingen-  
tesimum octogesi-  
mo quarto.

*In Ecclesia Anhaldina  
curantes, doctrinæq; ac  
disciplinæ prefecti.*

Σὺν Θεῷ, ἄνευ δὲ οὐδεὶς εὑτοχεῖ

βροτῶν.

## ON MINVS ELE-

ganter, quam verē, ab historiorū principe Tito Liuio dictum perhibetur: Veritatē laborate nimis sāpe , aiunt: extingui nunquam. Quod idem D. Hieronymus usurpauit, Veritas , inquiens, laborare quidem potest, vinci tamen non potest. Cuius rei etsi in communi quoque hominum societate, & negotiorum ciuilium vſu, locupletem habemus testem experientiam : tamen haud scio, luculentissime testimoniū extet eo, quod in controversia apparet omniū illa quidē gravissima , de Christo Immanuele, vnico Ecclesiæ fundamento, & capite, in quo vniuersitatem nostram salutis cardo vertitur. Quo magis enim præcipuus ille fidei Christianæ articulus, iam inde ab hereticorum veritati aduersantium exortu atque origine, exagitari consuevit; hoc clarior eiusdem in medijs tenebris veritas semper eluxit, non minus quam (vt

B

Poëtæ

2 ANHALDINORVM

Poëtæ ingeniosissimi versus huc accom-  
modemus)

Quæ latet, inque bonis cessat non co-  
gnita rebus,

Apparet virtus arguiturq; malis.

Nec iam olim duntaxat veritas, dis-  
sipatis tandem, & sumi instar euangelen-  
tibus Sophistarum strophis, victrix euag-  
lit; verum etiamnum Dei opt. maxi-  
mi ineffabili concessu atq; munere, ma-  
gis magisq; indies repurgata & illus-  
tra, veluti ex densissimis errorum nebu-  
lis paulatim emergit, & in medijs etiam  
afflictionibus atq; ærumnis, fugata so-  
phistice, palmam obtinet. Documentum  
huius rei inter cetera longè euiden-  
tissimum petamus licet cum ex aliorum,  
qui orthodoxæ sententiæ hac in parte  
vel scientes vel inscientes haætenuis re-  
stiterunt, perplexis plane, & sibi nuf-  
quam satis constantibus disputationi-  
bus: tum vel maxime ex D. Johannis  
Matthæi Smalcaldensis, &c. noua ista  
responsione, qua Tractatum suum de V-  
nione personali, & communicatione iden-  
tificatum

## SECUNDA DEFENSIO. 3

omatum reali, ab uno (quod aiunt) retexendo non tam defendit, quam inanibus verborum inuolucris obscuratum, & plenis conuiciorum plaistris deformatum ipsam euertit.

Cum enim hoc vnicè propositum sibi haberet, vt quibuscumq; in promptu sit ac fieri possit modis, Anhaldinam Ecclesiam, à cuius tūm ministris, tūm fidelibus membris, nullo verbulo, nedum iniuria vel lacesitus, vel læsus est vñquam, si non inuisam, saltem suspeccatam redderet summis, medijs, infimis; mirabili Dei iudicio accedit, vt eiusdem Ecclesiæ doctrinam, fidemq;, (quancq; hostili adortus animo) magis ipse confirmārit, effeceritque, vt apud neminem recte intelligentem in dubio relinquatur, illine, quos præter rationem conuicijs infectatur, an ipse, qui cornici oculum, vt dicitur, orthodoxè sentiant, docentur. Qua quidem in parte, si (quod res loquitur) velificaturus ijs, quibus ut offarius astipulator ventris studio miseram locauit operam, denuo ad exagitan-

dos vicinos, pacis studium seria cum veritatis indagatione coniungentes, se incitari passus est; ipse viderit, ne aliquando Bileami, cuius exemplum sequitur, mercedem auferat. Anhaldinis certe prolixa iam opus non est respōsione, cum singulis in pagellis id ipsū, quod hi profitentur, Antagonista eorum & verum & catholicum esse demonstret: vt deplorandus potius, quam accusandus videatur, qui usque adeò conuiciandi libidine sese oblectat, vt etiam id, quod insuis haud obscure probare se ostendit, in illis rejciat, damnet, execretur.

Verum enim uero quod est eorum proprium, qui falsae causae patrocinium suscipiunt, vt extra oleas (quod aiunt) vagentur, & omissis ijs, quae ad rem faciunt, *μάρεγον* misceant, adeoq; ad paralogismos secundum plures propositiones configuant, & materiā cumulando alienam argumenta disputationis non evoluant, sed inuoluant; causamq; tricis nouis implicit, non explicit: vel saltē probanda pro demonstratis lectori obijci-

SECVNDA DEFENSIO. 5

ijciant, quod est  $\tau\bar{\nu}\ \dot{\alpha}\rho\chi\bar{\eta}\ \dot{\alpha}\iota\tau\bar{\nu}$ : atq; inde occasionem captent, tragicè in eos, quos suæ opinionis applausores non habent, debacchandi: idem Smalcaldensi isti vnicum tūm artificium, tūm præsidium fuisse apparet. Quoties enim veritatis evidētia se premi sentit, arma expedit hæreticis vſitata: calumnias, sophistcam, & vocum perplexitates: quā modō veram præ se ferant sententiam; modō post longas ambages blasphemiam effundant manifestam.

In primis autem posteaquam Ecclesiæ Anhaldinæ  $\omega\bar{\epsilon}\ \dot{\iota}\epsilon\alpha\dot{\nu}\theta\omega\pi\alpha$ , &  $\tau\bar{\nu}\ \dot{\alpha}\mu\omega\bar{\eta}\alpha\dot{\nu}\ \dot{\psi}\omega\bar{\chi}\bar{\alpha}\ \dot{\tau}\bar{\nu}\phi\bar{\eta}\bar{\nu}$  confessionalis talis  $\dot{\psi}\omega\bar{\chi}\bar{\alpha}\ \dot{\tau}\bar{\nu}\phi\bar{\eta}\bar{\nu}$  testimonij ita munitam deprehendit, ut neq; quod in sententia, quam ipse met defendit, neq; in phrasi, quam vltro fatetur  $\tau\bar{\eta}\ \tau\bar{\alpha}\bar{\nu}\ \dot{\psi}\omega\bar{\chi}\bar{\alpha}\ \dot{\tau}\bar{\nu}\phi\bar{\eta}\bar{\nu}$   $\lambda\bar{\kappa}\bar{\gamma}\bar{\omega}\ \dot{\psi}\omega\bar{\chi}\bar{\alpha}\ \dot{\tau}\bar{\nu}\phi\bar{\eta}\bar{\nu}$   $\dot{\alpha}\bar{\alpha}\bar{\lambda}\bar{\omega}\bar{\gamma}\bar{\omega}\bar{\nu}$  esse, iure capat, inuenerit: totus in id incumbit, ut lectori persuadeat, cum ceteris quidem Ecclesiæ Anhaldinæ ministris transigi facile posse, cum Amlingo non item

posse. Atque ita vnicè dat operam, vt  
a collegis Amlingum auellat; senten-  
tiamq; huic ab illis dissentientem affin-  
gat: illos tolerandos, hunc minime fe-  
rendum demonstret. Quo quidem in-  
uento haud stultè sapit homo versutus.  
Quos enim coniunctos minime expu-  
gnatu faciles agnoscit, ab ijsdem inter-  
se distractis, & quasi dissipatis, certam si-  
bi victoriam policetur. Estq; illi hoc  
quod agit, cum architectis libri Concor-  
diæ commune. Quoties enim illi eos,  
quos eversos hactenus voluerunt, aper-  
to Marte expugnari non posse senser-  
unt, per cuniculos aggredi sunt, vt a-  
nimis collegarum à se mutuo abaliena-  
tis, postea inter quos reconciliationem  
tentarent, haberent. Atq; is quæstus  
nunc est multò vberimus. Verùm, si qui  
distractiones quærút inter Anhaldinos,  
qui coniunctam cum veritatis studio pa-  
cem colunt, ijsdem, ne errent, Aposto-  
li illud meditandum reponimus: ὁ δὲ  
ταράσσων ὑμᾶς, Βασιλοὶ τὸ κρῖμα, ὅστις  
ἄν. Gal. 5. vers. 10.

Etsi

## SECVNDA DEFENSIO. 7

Etsi autem ita comparatum est, ut,  
vbi rerum testimonia in promptu sunt,  
verbis minimè opus sit, atque Anhaldi-  
norum de singulis doctrinæ Christianæ  
capitibus sententia orthodoxa & catho-  
lica nemini obscura esse possit (edita pre-  
sertim eorundem iam nunc Dei beneficio  
responfione ad triumviralem in cupa  
Ephurdica non ita pridem consarcina-  
tam τὴν τῆς Φευδαρύου ὄμονοις Φευδαρ-  
ύοις, quam omniū recte sentientium,  
& secundum Scripturæ sacræ normam,  
controuersiam istam decidentium iudi-  
cij satisfacturam speramus ) tamen  
ne vanissima noui istius declamatoris  
περικολογίᾳ, ē ἀμετρησέται plus quam  
Thersitica, inuentutis nostræ fidei com-  
missæ teneras aures profanari, & impe-  
ritiores à via veritatis abduci patiamur,  
communicato cum collegis consilio, de  
vnanimi eorundem contensu, breuiter  
hoc scripto demonstrabit Amlingus,  
sententiam τοῦ Ιωάννου, quam æquè,  
ut in ceteris doctrinæ Christianæ capi-  
tibus vniuersis ac singulis, cum Symmy-

stis Anhaldinis, & omnibus orthodoxis,  
quām latē hic orbis patet dispersis, com-  
munem profitetur, non mōdō aduersus  
D. Ioannis Matthæi criminationes ad-  
huc immotam confistere, verūm etiam  
cum sempiterna veritatis laude victori-  
am ex illis reportare, confessō suis ipsi-  
us telis disputatore.

Verūm cum toties idem protestetur,  
non se responsorum amplius Amlingo,  
quicquid sanè in medium protulerit, sed  
potius verbum illi postremum tanquam  
aniculæ iurgijs indulgenti scilicet, vltò  
concessurum: ea quidem vox quamvis  
grauitatem aliquam senilem præ se fe-  
rat, reuera tamen cum anili coniuncta  
est leuitate. Sic ergo ad illud tam belle  
excogitatum probrum Antagonista sibi  
ab Amlingo responsum habeto: non  
esse Anhaldinis propositum, more ani-  
cularum, vel etiā δέσποτων ιδῶν concerta-  
re de postrema vocula, aut litem ex lite  
serere, sed potius δεισιδέριον τὸ τῆς ἐυτε-  
λείας μυστήριον ex fontibus Israélis deri-  
uando explicare. Qua in causa cum ille  
primam

## SECVNDA DEFENSIO. 9

Primum nostratisbus litem mouerit, nec verbo prouocatus vnquam, nec iniuria lacessitus vlla: minime par fuerit, ipsum vel probris impedire, vel inanibus vociferationibus interturbare, quo minus altera pars, cui alteram iudicis aurem ipsum ius naturæ, quod est *δικαιωμα τοῦ Θεοῦ*, reseruandam docet, exaudiatur. Neque sane id tentaret, nisi conscientiam illi potius, quam scientiam deesse hac ipsa in causa, cui reclamante intus conscientia subinde patrocinatur, palam esset. *Μορφολόγεια* igitur istiusmodi anilia obijcere Amlingo conatur, ut si hac quasi Gorgone absterreri se patetur, velutiq; in lapidem conuersus obmutesceret: haberet postea, de quo, adversarijs scilicet erroris publicè conuiatis, thrasonice apud suos, quos turpiter iam propter miseram offam Gnathonis instar adulatur, gloriari posset.

Verum enim uero cum postrema vox veritati debeatur, & mendacium tandem omne conticefcere atq; obmutescere oporteat; sitq; fidei ratio reddenda, se-

da, secundum Apostolum, quoties necessitas flagitat: has & id genus alias ob causas, quæ inceptijs istis anilibus longè sunt grauiores, hoc sibi omnino persuasum habebit D. Ioannes Matthæus, Amlingo cum collegis suis veritatis inquirendæ & asserendæ studium adeò cordi esse, ut omnibus illud huius mundi thesauris anteferendum, eidemq; omnia viræ huius comoda atq; incomoda, laudem ac vim operationem post habentia serio iampridem apud animum suum statuerit, manumq; semel aratrum Christi adnotam retrahendam nunquam censeat. Quin potius Gregorij illud Magni, quem sapiens antiquitas iam olim ab ingenij & pietatis excellentia Theologi cognomento honorauit, cum fidelibus in Christo Symmstis meditatur Amlingus: νῦν ἡ Εὐαγγελίον τὸ πόρθμον τοῦ αἰλιθδας, τὸ μὴ τῷ ψευδολῃ, νόθως γέγεντας, τὸ μὴ εὔδοκες νοστηειδέρημ. Est etiam Domini præceptum in promtu: εἴς Γαβάτας ἀγάνων τοῖς τῆς αἰλιθδας, Εὐαγγελίον.

OEOIS

SECVNDA DEFENSIO. ii

Θεος τωλεμαῖος ὑπέρ σε. Sirac. 4. Quoniam ad iusticiam tandem reuertetur iudicium, & illam sequentur omnes, qui recte sunt corde: secundum Psalmum 24.

Quanquam (satendum enim quod res est) ad conuicia quod attinet, quibus mulierculæ, & id genus hominum mulierculis non absimile, se oblectant, palmarum sua sponte Amlingus Antagonistæ desert, responsurus ad hominis iam propè sexagenarij (tām grandem enim se natu iactat, pag. 426.) voces maledicas verbum nullum, hoc regitans potius, ne venerabile canticum, & amygdali comam, qua fortasse iam vestiri cœpit (Amlingo enim de facie ignotus est) vanitatibus & nugis, quibus plus nimis indulxit hactenus, deridendam ipse prostituat, aut in illud vulgo tritum sese præcipitet: οὐαὶ ἀνασκητῶν μέγαν κοινότερον ἐγένετο.

Quod si unico sphalmate graphico, hoc est, literæ Theta omissione, in cognomine non satis expresso, cuius originem

riginem librarius, quod illius operæ  
tum pergræcantium fortasse tabernas  
frequentarent, græcam potius, quam  
hebræam esse putauit, adeò sese ~~dotore~~  
dejci passus est, ut plus quam sexcentis  
illud conuicijs remunerandum sibi ex-  
stimarit: en culpam deprecantes, Ioan-  
nem Matthæum, si ~~συντάματεα διαλο-~~  
~~γηρέντες~~ serio deinceps nobiscum exe-  
crabitur, Ioanni Matæo restituimus  
integrum, lectoremq; rogamus, vt in pa-  
gellis Defensionis Anhaldinæ, sicubi  
Matæus ille occurrerit, diphthongo syl-  
labæ penultimæ theta præfigat: memor  
illius apud Ausonium: Tuumq; nomen  
theta sectilis signet. Est enim ~~Ιωάννης~~  
~~πέροχος σφίγξ~~, cui bonus ille Doctor  
nomen consecravit suum.

Vicerit ergo conuiciando D. Ioan-  
nes Matthæus, & Amlingo vltro ceden-  
te sit dicacior ac procacior, adeòq; po-  
stremam, quam captauit, vocem auferat.  
Interea causam publicam prosequantur  
Anhaldini, vt victoriam, soli Christo de-  
bitam, non Amlingus reportet, sed is,  
qui

SECVNDA DEFENSIO. 13

qui est via, veritas & vita: relicta Antagonistæ conuiciorum & contumeliarum licentia ac potestate. Magni enim animi est, iniurias despicere: vltionisq; contra contumeliosissimum genus, non esse visum dignum, ex quo peteretur vltio. Ille magnus & nobilis est, qui more magna feræ, latratus minorum canum securus obaudit: secundum Senecā. Et recte iam olim Aeschines, sciteq;:  
*αλλ' οὐτις ἵχυρόν ἔστιν η ἀληθεία, ὡς πάντων Πριμαράτειν ταῦτα θρωπίνων λογισμῶν.*  
Quam grauissimam & dignitatis plenissimam sententiam cum ponere in Cæliana defensione Cicero vellet, ex Aeschine eam propè interpretatus est: ô magna (inquiens) vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, soler-  
tiam, contraq; fictas omnium insidias facile se per se ipsa defendat.

Ceterum ut habeat lector in con-  
spectu scripti huius scopum, ad tria po-  
tissimum capita restringemus oratio-  
nem, ac responsionem nostram. Pri-  
mum erit repetitio sententiæ Anhaldine  
de

de Christo Immanuele, quam Amlingus cum Symmystis, immò cum omnibus Iesum illum pro nobis crucifixum rectè colentibus agnoscit, & profitetur eandem atq; communem.

Deinde præcipua D. Ioannis Matthæi *κρησφύγετου* detegentur, ac refutabuntur, vt omnibus planum fiat, re ipsa nihil illum ab Amlingo diuersum vel sentire, vel probare, licet in eorum, quibus se aggregavit, & quorum pane vescitur, gratiam, Confessioni Anhaldinæ, quam adeò non querit, vt singulis in pagellis confirmet, strenue maledicere videatur: omnibus illis maledictis in suum ipsius, & *οὐρανῶν* eius capita redundantibus.

Postremò in doctrina de sacratissimo cœnæ Dominicæ mysterio demonstrabitur, Anhaldinis iniuriam fieri, seq; Antagonistam ipsum profanissimis profigatissimorum Sacramentariorum erroribus magis magisq; implicare, atq; rem peragere.

PRI-

## PRIMVM CAPVT.

QVOD NIHIL DIVERSVM,  
cum à ceteris Ecclesiae Anhaldinæ mini-  
stris, tūm ab omnibus orthodoxis per uni-  
versum terrarum orbem dispersis, de  
Christo Immanuele profiteatur  
Amingus.

**I**N præsentia igitur, quod res postulat,  
ne diuersum ab eo, quod καθολικὸν ἐ<sup>πίστωσιν</sup>  
ἀληθινόν est, sentire, aut profiteri Am-  
lingus videatur; & ut omnibus palem  
fiat, vnam eandemq; esse ministrorum  
Ecclesiae Anhaldinæ, cùm de ceteris fidei  
Christianæ articulis, tūm in primis τῆς  
τῆς λόγου ἐνστριῶσεως, μεγίστη τῆς eu-  
reGias μυστηρίis, sententiam, confessio-  
nem, atq; doctrinam: visum fuit operæ  
precii, ante omnia repetere de articulo  
illo veræ & orthodoxæ explicationis su-  
mam, sicut eadem, communi Ecclesiae  
Anhaldinæ nomine, iam ante quin-  
quennium in conuentu Cassellano ex-  
hibita, & alibi postea typis publicis edita  
est. Eam ut prudens lector ad sacræ  
Scri-

Scripturæ amissim ac trutinam examinet, & secundum eiusdem canonem piè dijudicet, rogamus. Sentit enim ac profitetur Amlingus vna cum Symmyftis, & cunctis pietatis orthodoxæ amore stu-  
dioq; flagrantibus, ut sequitur.

*DE PERSONA CHRISTI*  
*confessio, & explicatio sententie*  
*Anhaldinae.*

 Vm vera Domini nostri Iesu Christi agnitione, quæ fundamentum est Ecclesiæ, 1. Corinth. 3. & ipsa vita æterna, Iohan. 17. complectatur simul Filij Dei personam & officium, sincero corde credimus, & clara voce profitemur, quicquid nobis de eiusdem tam persona, quam officio, perspicuo verbo Dei præscriptum & reuelatum est. Obuijs enim vlnis, & ambabus manibus, immò tota mente & corde amplexamur regulam omni exceptione maiorem, quæ docet: Nihil de Dei siue essentia, siue voluntate,

SECVNDA DEFENSIO. 17

voluntate, deque eius Filio, Domino nostro Iesu Christo, vel credendum, vel assuerandum esse, quod a sacræ Scripturæ Canone discrepet.

Retinemus igitur sancta & religiosa fide totius Ecclesiæ Catholicæ & orthodoxæ consensum: nimirum, vnicam esse Domini nostri Iesu Christi personam, sed duas naturas, diuinam & humanam. Diuina λόγος nominatur, quæ verè ab æterno persona est, distincta à Patre & Spiritu sancto, & tamen eiusdem essentiæ cum Patre & Spiritu sancto: qui Pater, λόγος, & Spiritus sanctus, est super omnia Deus, unus in essentia, & trinus in personis, benedictus in secula. Sed humana natura certo tempore assumta est à λόγῳ ex Deipara virgine Maria, nobis per omnia æqualis, excepto peccato.

Hoc mirandum fœdus seu mysterium duarum naturarum in Christo, non Vnione minamus vunionem hypostaticam, quæ hypoton est Verbi per carnis incredibilem statuandam capacitatem inclusio, nec tica.

C

trans-

transmutatio, nec confusio naturarum aut proprietatum, aut operationum inter se: sed copulatio, ut tota scripsit antiquitas, vere ineffabilis, qua Verbum, hoc est, secunda persona diuinitatis, massam certam ex genere humano, nobis, secundum integrum animam & integrum corpus, vere consubstantialem, in utero virginis à Spiritu sancto sanctificatam, definito tempore assumuit, & sibi copulauit, non solum inseparabiliter, verum etiam secundum hypostasin: non quod ex duabus naturis, humana videlicet & diuina, tertia coalebit aliquia, quae partim diuina sit, partim humana: aut quod adiectionem personæ sancta Trinitas suscepit ex incarnato Deo Verbo: sed quod una in Christo persona sit ac maneat, ipsius nimirum Verbi propria, quæ humanam naturam assumtam gestet, sustentet, ac foueat.

Non enim assumta natura in Christo, secundum quam nobis per omnia, excepto peccato, æqualis est, personæ ratio.

rationem habet, sed dependet ab assumentis Verbi Deitate, tali ordine, ut ne quidem esset, nisi sic à Deo Verbo sustentaretur & conseruaretur.

Vtque hæc persona λόγος æterna est: ita postea impossibile est, hanc massam ipsi insertam, non simul manere. Nunq; enim ὁ λόγος naturam, quam semel assumpsit, deserit: immo nec in morte animam aut corpus deseruit, etsi cum vere facta est separatio animæ à corpore.

Personæ itaq; vnitatem & naturarum vniōnem tuemur: adeoque vnum eundemq; Dominum nostrum Iesum Christum, Dei & Mariæ Filium, in duabus naturis, absq; omni confusione, permutatione, distractione, atque separatione, nunq; sublata essentiali differentia naturarum propter vniōnem: sed potius saluis vtriusq; naturæ proprietate, voluntate, & operatione, in vnamq; coēuntibus hypostasin, confitemur: vtrunq; & impiæ diuulsionis, & impiæ confusionis scopulum euitantes.

C,

Quod

Quod enim ab æterno erat Filius Dei, permanxit: quod non erat, assumuit: non amittendo, quod suum erat, sed suscipiendo, quod nostrum erat, inquit Vigilius. Et λόγος in tota quidem assumta natura, ut in ferro ignito flamma, lucet: nec tamen colligatus est corpori, sed ipse corpus continet, ut & in eo sit, & extra omnia, & in sinu Patris: neque cùm sit in omnibus, sit pars aliorum, sed omnia ab eo vitam, sustentationemque accipiunt, secundum Athanasium. Nec dissoluitur personalis unio, tametsi Caro, à qua nunquam separatur Verbum, non sit ubiquecumque est Verbum. Quæ enim in Deo sunt, non sunt ubique ut Deus, teste Augustino. Si quis hominis anima, necessitate naturæ copulata corpori ubique est celeritate cogitationum, salua personæ integritate: quæ necessitas cogit nos dicere, naturæ carnis Deitatem inclusam, aut pariter cum Deitate carnem ubique locorum, adeoque infinitam esse? ut præclare Nyssenus in Catechesi argumentatur. Huc meritò regulam

*SECVNDA DEFENSIO.* 21

regulam Cassiani referimus: Non minoris erroris est, Domino nostro Iesu Christo impropria addere, quam propria derogare. Quod enim non ita dicitur, ut est: etiam si honor videatur, iniuria est.

Esi autem mysterium hoc omnem *2.*  
omnium creaturarum captum excedit: Offi-  
tamen officii consideratio causas tam *cum*  
*mirandæ* vnionis vtcunque explicat. *Chri*  
Missus enim est Filius Dei propter nos *st.*  
homines, & propter nostram salutem, vt  
esset summus Rex & Sacerdos generis  
humani, hoc est, vt fieret Mediator, Re-  
demtor, Iustificator, & Saluator noster.

Cumque redemptio nostra simul &  
perpersionem & destructionem mortis,  
vt breuissimè rem maximam eloqua-  
mur, flagitaret, nec in vnam, eandemque  
naturam actiones contrariae caderent:  
congruebat omnino ex mirabili iusticiæ  
& misericordia diuinæ temperamento,  
vt persona mediatrix distinctas haberet  
naturas, ne vel morte inferior, vel ab  
eiusdem gusto prorsus immunis esset: sed

vt nostris quod remedijs congruebat  
(Leonis enim verba referamus) vñus at-  
que idem Mediator Dei, & hominum,  
homo Christus Iesus, & mori posset ex  
vno, & mori non posset ex altero, iuxta  
dictum Irenæi: Sicut homo erat, vt ten-  
taretur, sic & Verbum erat, vt glorifica-  
retur, requiescente quidem Verbo, vt  
posset tentari, crucifigi, & mori: & ta-  
men humanitati vñito, vt posset vincere,  
& perferre, & benefacere, & resuscita-  
re, & recreare.

Quemadmodum igitur naturarum  
distinctio nequaq; dissoluit personæ v-  
nitatem, nec personæ vñitas confundit  
naturas: Ita vnum & commune offici-  
um est, ad quod vtraq; natura, quod su-  
um est, confert: Verbo quidem, quod  
Verbi est, operante: carne verò, quod  
carnis est, exequente, sicut vetustas olim  
rectè locuta est. Diuina enim natura su-  
as habet actiones cum Patre & Spiritu  
sancto, verè diuinæ & immensæ: hu-  
mana verò natura agit, & patitur, quæ  
humanæ naturæ conueniunt. Ex vtri-  
usque

usque autem naturæ actionibus distin-  
cte simul & inseparatim concurrenti-  
bus, oriuntur communia illa beneficia,  
seu apotelesmata, quæ sunt totius perso-  
næ, & nominantur actiones theandricæ.  
Verbi gratia: Resuscitat diuina natura  
humanam, non resuscitat seipsum huma-  
nam, nec moritur diuina, sed humana tan-  
tum: & tamen voluntas Θλόγα appro-  
bat hanc obœdientiā, in eamq; consen-  
tit, ac meritum nō minus quam ipsamet  
obœdientia, & per cōsequens vniuersæ  
redemptionis nostræ opus, seu benefici-  
um, est totius personæ, tanquam actio  
theandrica, qualibet agēte natura quod  
suum est. Sic & miracula fiunt à perso-  
na, naturarum vtraque cum communio-  
ne alterius agente, quod cuiusque pro-  
prium est.

Propria est enim diuinæ naturæ vis  
ac potentia edendi miracula, vt, cùm  
quinque panibus pascuntur quinq; mil-  
lia, cùm resuscitatur Lazarus, cùm sanan-  
tur leprosi, cùm mutis usus linguae reddi-  
tur, cùm aqua in vinum mutatur: sed

exerit sese hæc vis atque potentia natu-  
ræ diuinæ in natura assumta, vt, cùm ma-  
nu frangit panes, cùm attingit loculum,  
cùm clara voce euocat mortuum, cùm  
digitis tangit corpus. Ita miraculorum  
fons est omnipotentia diuinæ naturæ,  
sed sunt ministerio naturæ assumtæ, a-  
gentis quod suum est. Non quòd, per-  
inde atque redēptionis nostræ opus v-  
trisque naturam coniunctim requirit,  
ita necesse sit, omnia miracula ministe-  
rio carnis perfici: sed vt sint testimonia  
comprobantia Deitatem Messiæ, adeo-  
que declarantia mil̄sionem & officium  
Filij Mediatoris.

Hinc naturæ sunt regulæ: Quòd in  
Scripturæ dictis discernendæ sint appelle-  
laciones, quæ significant proprietates  
naturarum, & appellations officij.  
Quodque aliud sit loqui de proprie-  
tibus & actionibus naturarum in Chri-  
sto: aliud verò de toto redēptionis & sal-  
uationis generis humani opere. Item:  
Quòd necesse sit in Scriptura discernere  
dicta de statu humilationis Christi, &  
exal-

exaltationis, ad quam intravit per passionem, & resurrectionem suam, cum quidem neuter horum unionem hypostaticam imminuerit.

Et haec regulæ sunt fundamentum utilissimæ maximeq; necessariæ doctrinæ de communicatione idiomatum, quam Ecclesia vetus orthodoxa singulari cura ex Scripturæ dictis, quæ de Christo propter diuersitatem naturarum dissimiliter loquuntur, fideliter extrahat, tam Eutychianæ quam Nestorianæ hæresi opposuit. Quæ nequaquam est ipsa unio hypostatica, sed potius mirandæ illius unionis, qualiscunque esnuntiatio.

Est enim communicatio Idiomatum, prædicatio, seu forma loquendi, qua proprietas aut operatio, vni naturæ conueniens, tribuitur personæ, certa legge ac modo, videlicet in concreto, quod totum agens hyphistamenon significat, habens utramque naturam: quia haec duo, λόγος, & humanitas assumta, sunt una hypostasis: non autem in abstracto,

C , quo

*Con  
mu-  
nica-  
tio  
idio-  
ma-  
tum.*

quo alterutra natura secundum se considerata significatur.

Et has ipsas formas loquendi, in quibus alterutrius naturae propria personae tribuuntur, declaramus per particulam distinctiuan *xanu*, secundum, vel iuxta. Idq; exemplo vocis diuinæ; natus ex semine David secundum carnem. Mortuus secundum carnem &c. Vera est enim Idiomatum communicatio, quatenus res est vera: & sicut naturæ vnitæ sunt, sic etiam naturarum attributa permuntantur, vt sapienter & pie Nazianzenus ad Cledonium scripsit. Atq; ita nequaquam nudos Christo titulos attribuimus, sed demonstramus ex verbo Dei, non factam esse physicam aut realiem Idiomatum transfusionem, neq; ad utraque naturam accomodandam esse vel proprietatem, vel actionem, quæ de Persona secundum alterutram naturam prædicatur. Nam inde necessariò sequeretur vnionis hypostaticæ abolitio, totiusq; huius mysterij deletio, & naturarum identitas, iuxta regulam Lutheri:

Negans

Negans proprietates, negat naturas. Et Athanasij: Quorum operatio est eadem, eadem est natura. Si verò una natura est Christus, quomodo ipsi tribuentur contraria? secundum Theodoretum Dialogo 2.

Quin potius quæ de Christo dicuntur (inquit Cyrillus libro 5. de Trinitate) sic intelligenda sunt, ut nec, quæ Deitati coueniunt, humanitatì ipsius tribuantur: nec quæ humanitatis propria sunt, ad Deitatem ipsius detorqueantur. Vnus enim idemque Christus est (inquit Fulgentius lib. 3. ad Thrasymund.) qui quod humanum est, habet Deus in veritate humanæ: Et quod diuinum est, habet homo in veritate diuinæ naturæ. Rectam ergo fidem tuebimur (teste Athanasio serm. 4. contra Arianos) si quod utriusque naturæ proprium est, consideremus, & ab uno utrumque præstari animaduertamus. Id si à nobis fiat, nunquam in errorem prolabemur.

Hinc iam dependet vera de maiestate Christi sententia, quam distinctè explicamus

4. mus iuxta regulam Nazianzeni: Alius omnis  
*Ma-* est consideratio Filij ratione essentiae, &  
*ie-* lia ratione œconomiae, hoc est, mysteri-  
*stas* incarnationis & officij. Ut enim Schola-  
*Chi-* stici eruditè distinxerunt inter gratiam  
*sti.* vñionis, gratiam capitis, & gratiam  
prærogatiæ singularis, quam & gra-  
tiam habitualem nō inepte appellarunt.  
Ita iuxta hos tres gradus commodissime  
declarari & intelligi posse censemus o-  
mnia tam Scripturæ quam Patrum di-  
cta, quibus aliquid Christo homini in  
tempore datum afferitur. Quicquid e-  
nim eminentiæ habet Christus homo, id  
habet vel ratione vñionis hypostaticæ  
cum λόγῳ, vt æternus & verus Deus:  
vel respectu officij, vt Ecclesiæ caput:  
vel ratione donorum, quæ in sese, & se-  
cundum sese caro Christi accepit, partim  
ante, partim post glorificationem, ut di-  
tata, & vñcta supra consortes.

De maiestate igitur Domini nostri  
Iesu Christi profitemur, nos indubitata  
fide credere, quod secundum Deitatem  
suam æterno Patri, & Spiritui sancto, per  
omnium

SECVNDA DEFENSIO. 29

omnia æqualis sit, eiusdem cum utroque  
essentiæ, earundem proprietatum essen-  
tialium, eidem maiestatis & gloriæ,  
uxta symbolum: Patris, Filij, & Spiritus  
sancti una Deitas, æqualis gloria, coæ-  
terna maiestas. Huc etiam Cyrilli di-  
ctum spectat: Missio & obœdientia non  
tollunt æqualitatem essentiæ, aut poten-  
tiæ, sed distinguunt ordinem persona-  
rum.

Humanitatem vero ipsius fatemur  
creaturam esse, quæ in se nec essentia,  
nec proprietatibus, nec actionibus, nec  
maiestate Deo æqualis facta sit. Sicut e-  
num Verbum ab æqualitate paternæ glo-  
riæ non recessit: ita caro naturam no-  
stri generis non reliquit, ut rursus Leo-  
nis aphorismo utamur. Quoniam ve-  
rò, non minus quam diuina natura, pro-  
prietates suas essentiales perpetuò etiam  
humana natura Christi retinet: tamen &  
ante & post glorificationem, longè su-  
perat dignitatem, dona, & excellentiam  
omnium creaturarum rationalium. Nam  
quod aeternus ac unigenitus Dei Filius  
hanc

hanc massam naturæ assumtæ sibi propriam fecit, eamque vnione hypostatica, seu personali, inseparabiliter, ac inconfuse sibi copulauit: id nulli sanctorum angelorum aut hominum contingit, neque hanc dignitatem quisquam Angelorum aut hominum sanctorum consequetur in tota æternitate. Hic enim est mirabilis ille Gigas geminx substantiæ, Patre & matre orbus: Qui secundum naturarum, ex quibus constat, differentiam consideratus, simul & Patri, & Spiritui sancto, iuxta diuinam: Nec non & matri, & nobis, vt caro de carne nostra, & os ex ossibus nostris, iuxta humanam naturam, etiam in gloria, est, manetque ὁμοσπόνδιο. Ratione verò individuæ singularitatis, seu vniuersis in hypostasi, secundum quam nec nudus Deus, nec nudus homo est, sed utrumque in vna eademque persona differt & à Patre, & à Spiritu sancto, & à matre, & à nobis, vt Damascenus testatur libro 3. fidei orthodoxæ cap. 3.

Quæ

SECVNDA DEFENSIO. 31

Quæ autem maior hominis potest esse maiestas & gloria, quam non tantum obumbratione altissimi, rerum præter seriem, à Spiritu sancto conceptum, ex illibata matre virgine nasci, & inde usque ab origine omnis peccati in æternum expertem esse, verum etiam cum VERBO constituere vnam hypostasin? Propter hanc enim unionem hypostaticam de solo hoc homine, seu Filiō Mariæ, rectè dicitur: Quod homo Christus sit æternus, & omnipotens Dei Filius, quod de nomine alio vel Angelorum vel hominum dici potest. Non enim Angelos, sed semen Abrahæ assumit. Ebr. 2. Et hanc unionis hypostaticæ maiestatem, non tantum quotidianis miraculis suæ Christus Ecclesiæ, sed universo insuper mundo, vel maximè per gloriosam illam carnis suæ resuscitationem, visibilemque Spiritus sancti effusionem, quam evidentissimè, quasi ad oculum, virtute omnipotentia demonstravit, ut Apostolus testatur Rom. 1.

Propter

Propter hanc etiam vniōnem hæc persona, quæ est Filius Dei & filius Māriæ, ab omnibus creaturis rationalibus, Angelis & hominibus, adoratur & inuocatur, vna eademque adoratione & inuocatione, cum Deo Patre, & Deo Spiritu sancto.

Præterea cum Filius Dei totum opus redēmptionis generis humani, in hac massa naturæ assumptæ perfecerit: sociam eam, seu κονωνὸν, id est, participem reddidit omnium victoriarum suarum aduersus regnum peccati & mortis. Quam enim in humana natura passiōnem & mortem sustinuit Christus, ea sola est sacrificium propiciatorium, & λύτρον sufficiens pro peccatis totius mundi. Ideoq; hæc sola Christi caro, quia niimirum facta est propria Verbi cuncta viuificare valentis, vt Cyrillus loquitur, viuifica est, qua mundo vita restituitur: sicut ex solius Iesu Christi plenitudine & merito, tanq; ex vitæ & salutis perenni fonte, Sancti omnes hauriunt gratiam coniunctam cum dono per gratiam.

Accedit

Accedit huc, quod in hac ipsa natura Christus à morte suscitatus, in eaque ad dextram Patris collocatus, & ad regnum & sacerdotium perpetuò exaltatus est, factus caput Ecclesiæ suæ, & perficiens omnia in omnibus: Ita ut solus in arcanum consilium Patris, adeoque in sancta sanctorum perpetuò ingrediatur, videat, & intelligat voluntatem Patris, colligat sibi ex genere humano Ecclesiam, seruet ministerium Euangeli, intercedat pro nobis, obumbret ac tegat nos, suæ passionis, mortis, effusio-  
nis sanguinis, & totius obœdientiæ merito, remittat peccata, effundat Spiritum sanctum, restituat iusticiam, vitam, ac lætitiam acquiescentem in Deo: Eamque seruet contra portas inferorum, & contra tyrannorum ac hæreticorum potentiam & furores: denique & mortuos tandem resuscitet & Electis vitam, atque lætitiam æternam communiceat, posteaquam eos in cœlum ad se se transtulerit.

Præter hosce gradus maiestatis, pertinentes

nentes ad excellentiam personæ & officij Christi, supra ipsos Angelos, nedum consortes, natura humana Saluatoris nostri, gratijs, donis, ornamentijs, perfectiōnibus, eminentijs, prærogatiis, adeoq; potestate, maiestate, & gloria, secundum Spiritus sancti plenitudinem, citra mensuram etiam in seſe, gradatim ab ipso vniōnis momento locupletata & quasi inuncta est, adeò, vt impletis iam omnibus ad salutem nostram in hoc mundo necessarijs, gloriæ & honoris coronam, nomenque supra omne nomen, tanq; obœdientiæ præmium adeptæ, in sublimi præsertim illo sacerdotaliſ, & regiæ exaltationis, fastigio, sola Deitate sit inferior, & à creatis ceteris rebus, licet non genere, tamen gloriæ, vitæ, lucis, sapientiæ, iusticiæ, potentia, ac lætitia abūdantia & supereminentia, hoc est, numero & gradibus donorum, quam longissime differat. Quæ tamen omnia ut vere à nobis, nec animo comprehendî, nec enarrari lingua poslunt: sic ab idiomatis naturæ diuinæ, quæ sunt æterna, infinita,

&amp;

& essentialia, necessariò discernenda sunt, iuxta dicta: Cum autem subiecta ei sint omnia, excipitur proculdubio is, qui subiecit ei omnia. 1. Corinth. 15. Item, Caput verò Christi Deus. 1. Corinth. 11. Sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ephes. 5.

Vnde Augustinus: Christus in quantum Deus, cum Patre sibi nos subiectos habet: in quantum Sacerdos, nobiscum illi subiectus est. Lib. 1. de Trinitate cap. 8. Et rectè Magister sententiarum de assumpta Christi natura concludit: Non est carni datum, posse omnia facere, quæ Deus facit, ne omnipotens, & per hoc Deus, putaretur. lib. 3. distinct. 14.

Hoc enim discrimen nisi accurate obseruetur & retineatur, neq; diuinitas Christi, quæ æterna & infinita est, ab humanitate discerni: neq; essentia & proprietas creaturarum, ac Creatoris, distinguiri rectè possunt. Cauendū est ergo, ne ita diuinitatem astruamus Christi Hominis, ut veritatem corporis auferamus.

Gloria enim infirmitatem, non veritatem carni abstulit, secundum Augustinum. Et sicut Deus non mutatur miseratione: ita homo non consumitur dignitate, ut iam olim columnna fidei orthodoxæ sententiam grauissimè decisam edidit. Estque res eiusdem periculi, aut diuinam Christi tantummodo, aut humanam fateri naturam, quia vnum sine alio non proficit ad salutem, ut Vigilius Martyr testatur lib. 3. contra Eutychen. Et Hilarius. lib. 9. de fide.

Hæc est, pie lector, Amlingi, & omnium fidelium per vniuersum terrarum orbem de Christo Immanuele confessio & doctrina: planè (vt vides) eadem cum illa, quam ex Epistola Leonis ad Flauianum iam olim Synodus Chalcedonensis, Imperij Marciani anno secundo τὴν ὁρθοδοξίας σύλην, vt Nicephorus testatur, hoc est, rectæ fidei columnam appellavit, & de qua 636. Episcopi ibidem congregati vnanimi consensu exclamârunt: Hæc vera fides,  
hæc

hæc sancta fides, hæc sempiterna fides: in hac baptizati sumus, in hanc baptizamus. Omnes ita credimus: hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides. Anathema sit, qui ita non credit.

Simili Epiphonemate eandem commendans doctrinam Vigilius Martyr: Hæc est fides (inquit) & confessio catholica, quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles nunc usque custodiunt: lib. 4. contra Eutychen.

Quod si graue & molestum non est, conferat pius ac prudens lector eiusdem confessionis Anhaldinæ explicationem, cum Agathonis Episcopi Romani ad Synodum Oecumenicam sextam, Constantinopoli contra Monothelitas congregatam Epistola, quæ sequenti ἀληφορίᾳ Πτιφωνηματικῇ concludit: Hæc est Apostolica atque Evangelica traditio, hæc est mera confessio pietatis, hæc est Christianæ religionis vera atq; immaculata professio; quam

D 3 non

non humana adinuenit versutia, sed Spiritus sanctus per Apostolorum principes docuit. Hæc est firma, & irreprehensibilis sanctorum Apostolorum doctrina, cuius sinceræ pietatis integritas quoad usque libere prædicatur, in republica Christiana imperium stabilitur, & exultabit. Hactenus verba Agathonis.

Idem ergo, nihilq; aliud cum Amilingus sentiat, credat, doceat, defendat, profiteatur; penes lectorem non oscillantem, neque præiudicijs occupatum, iudicium esto, habuerit ne D. Ioannes

Matthæus causam idoneam, tanta  
in ipsum linguæ procacitate  
& maledicentia in-  
uehendi.

SE-

## SECUNDVM CAP.

QVOD D. IOANNES MATTHAEUS nihil preter inania ορθογνωμα surpet, & doctrinam, quam in Amlingo suggillat, ipsemet tum approbet, tum confirmet, adeoq; per Amlingi latus, suum ipsius clerum ubiquisticum, cuius se astipulatorem simulat, exagitet.

AD hoc caput aggressuri protestamur ante omnia, qua possumus, quaque debemus forma meliori, ne quis ea, quæ εμφανιωτέως alicubi dicenda erunt, in suspicionem adducat, & calumniosè interpretetur. Etenim Anhalensis calumnias calumnijs, aut conuicijs conuicia, quæ tot & tanta sunt in malefica & futili D. Ioannis Matthæi responsione, ut plura, aut maiora vix competrari potuissent, rependere animus nō est, sed potius scaphā scaphā appellantibus, sine verborum inuolucris, quid rei sit, de qua agitur, lectori planum facere.

Decet .n. homines ingenuos ingenua oratio, quiq; veritatis studio ἀνέυ δόλων  
 ἀπάτης afficiuntur, ijsdem hoc proprium est, vt rectum rectum, curuaq; curua vo-  
 cent: Idque eò magis, quòd diram ali-  
 quando teste Propheta imprecationem,  
 καὶ θρηνῶδες Ὁμίφθεγμα (vt Basilius lo-  
 quitur) audituri sint ij, qui lucem tene-  
 bras, aut tenebras lucem nominant. Ser-  
 uabimus autem hunc ordinem, vt con-  
 stituto prius τῷ κριτομένῳ, quid ad Syl-  
 logismos Hertzbergicos responsum sit,  
 breuiter examinemus: hinc κρησφύγειο  
 aliquot excussuri, quibus in sex argu-  
 mentorum, de quibus præcipue agitur,  
 solutione Antagonista usus est: poste-  
 mò, quid in tabella paradoxorum, ex i-  
 psius tractatu collecta, ab eo concessum  
 nobis sit, quidue in medio relictum, con-  
 sideraturi. Atque in his omnibus sum-  
 ma tantùm fastigia rerum (vt Poëta ver-  
 ba huc accommodemus) sequemur,  
 multa de industria præterituri, ne pari-  
 cum amico nostro lectorem ἀμεργοεπέρειδο  
 oneremus, vel potius excruciemus.

Quod

*SECVNDA DEFENSIO.* 41

Quod igitur primò omniū ad consti-  
tuendum causæ *κριτικὴν* attinet, in quo  
disceptationis cardo vertitur, in eo certè  
præuaricator cùm à seipso, tūm à Patri-  
bus Bergensibus, quorum dogmatis pa-  
trocinium suscepisse videri vult, nimi-  
um quantum discrepat atque dissentit.  
Statum enim controuersiæ de persona  
Christi liber Concordiæ, conuersus è  
lingua vernacula in latinam, & Lipsiæ  
Anno 80. editus sic constituit, atque ex-  
ponit, vt disertè affirmet (pag. 576. &  
577.) principalem in hac controuersia  
quæstionem esse, an inter DIVINAM  
& HVMANAM NATVRAM  
in Christo, propter vniōnem persona-  
lem REALIS, hoc est, vera, & re ipsa E-  
XISTENS in persona Christi fiat  
communicatio; istiusmodi videlicet, vt  
VNA NATVRA ALTERI  
proprietates suas communicet. Eodem  
igitur respicientes Anhaldini, D. Ioan-  
nis Matthæi tractatum de vniōne per-  
sonali, & communicatione idiomatum,  
ad astruendam & declarandam Concor-

D s:

dix

dix formulam institutum, non in aliam,  
quam de qua dictum est, sententiam, vel  
potuerunt, vel debuerunt accipere, nisi  
amicum suum à Concordiæ formula, li-  
cet manum ei dederit (quod inter fra-  
terculos istos insolens non est) dissen-  
tire, sine certa & euidenti ratione suspi-  
cari voluissent. Itaque explicata initio  
*τῆς κοινωνίας ὀμονοία*, quam triplicem  
esse ne ipse quidem D. Ioan. Matthæus  
inficias ire potest, siquidem *ἰσοδύναμις*  
sibi quandam finixerat inter idiomatum  
*κοινωνίαν*, & eorundem participationem,  
scilicet *μετάχην*, qua Christus secundum v-  
tranq; naturam statuatur esse omnipo-  
tens, omniscius, ubique (Id quod in tota  
hac controuersia proculdubio causæ i-  
psiis est *ὑποθέσις*) hac, inquam, expli-  
cata, ad hunc quasi scopum responsio-  
nes nostras dirigendas duximus, non  
tam de phrasī, quam de re ipsa differen-  
tes; si ne communicatio idiomatum ta-  
lis quedam (vt in illius tractatu pag. 97.  
definiebatur) participatio, qua *λόγος*  
ASSUMTAE NATVRAE  
HV-

## SECVNDA DEFENSIO.

43

HUMANAE realiter, id est, non verbotenus, sed in rei veritate suam personam communem fecerit, ita ut HUMANATVRA, in persona  $\delta\lambda\gamma\varsigma$ , OMNIA DIVINA possideat, & COMMUNIA cum VERBO habeat, ad communem possessionem, usum, & effectum. Hæc enim Antagonistæ nostri verba esse, negari non potest. Sed quid iste ad hoc ipsissimum causæ κενόμηνον, ex ipsius libro descriptum? Participationis vocabulo nolit velut se usum esse fateri cogiturn. Verum semel duntaxat atq; iterum id à se factum profitetur (pag. respōsitionis 108.) nec arripiendum illud fuisse, ut ex eo, quæ sit sua de hoc mysterio sententia, aestimatur. Quid ergo? An non vocabula sunt rerū notæ, ut sermo ipse animi character est? Nū aliud, q; ex suo ipsius ore, secundum Seruatoris nostri dictū, iudicare Antagonistā nostrum: aut aliam, q; verba habent, præsertim in rei ipsius definitione, sententiam elicere debuimus? At enim (inquit) quomodo vocabulorum

rum inopia laboremus in tam alto mysterio explicando, non potest Amlingo ignotum esse. Et tibi profectò D. Ioannes Matthæe, cathedram præsertim Lutheri atque Philippi occupanti ignorantum esse non debuit, quod grauissime Augustinus monuit: Nobis ad certam regulam loqui fas esse, ne verborum licentia etiam de rebus, quæ his significantur, impiam gignat opinionem. Lib. 10. de ciuit. Dei. cap. 23. Omnino enim nos in Ecclesia docentes exemplar sanorum sermonum tenere par erat (secundum illud Apostoli: ὃντας τοις ἀλλοῖς οὐ γνωρίζοντες λόγῳ) ut vniuersæ antiquitatis orthodoxæ consensu attentius considerato, abstineremus à licentia, vel potius temeritate nouas subinde loquendi formas (quod nouæ Ubiquistarum, perinde atq; veteri Eutychianorum hæresi solēne est) gignèdi, quæ partim errores, partim dissidia pariunt. Quid? quod pag. 558. participationem & cōmunicationem in eadem significatione te accipere prodidit? Est igitur communicatio idiomatum

*SECVNDA DEFENSIO.* 45

matum realis nihil aliud, quam realis eorumdem participatio. Et per consequens, ut Diuinitas in Christo per omnipotentiam essentialiem, ita caro assumta per omnipotentiam participantam est omnipotens. Quis ergo negauerit, secundum Ubiquistarum deliria, aliam esse omnipotentiam participantem, aliam participantam, ut iam olim ex professo contendit Brentius? Et quae tandem ista fuit necessitas, seu inopia, qua te adactum quiritaris, ut hac voce vterere, nisi quod veterum doctrina de communicatione idiomatum non contentus, etiam ijs gratificari voluisti, quorum pane vesceris? Sed horum tu ipse optimus tibi esse testis potes.

*Kεινόμην* sic format disputator: An quae propria sunt naturarum, propter unionem personalem communia sint personæ? pag. m. Quod cum ab Anthaldinis minimè negetur, & propositiones (quas sic vocant) abstractiuas, de quibus solis in libro Concordiæ, & eiusdem Apologia lis adhuc pendet, D. Iohannes

annes Matthæus, pagina responsionis  
fux 305. & aliquot alijs per vniuersum  
librum locis aperte reijciat, ac damnet:  
nec concedat, quod Patres Bergenses  
contendunt, Christum esse omnipoten-  
tem, omniscium, omnipræsentem secun-  
dum vtranq; naturam, sed potius dog-  
ma illud portentosum esse vociferetur:  
(pag. 335. 336.) perspicuum sanè est  
prudenti lectori, nihil prævaricato-  
rem istum, quod in Anhaldinorum con-  
fessione iure reprehendat, habere; i  
collegis verò, & formulæ Concordiz  
tum autoribus, tum subscriptoribus in-  
genuis (statu præsertim causæ mutato)  
dīs dīa πασῶν hac quidem in parte, tam  
phrasí scilicet, quam sententia eun-  
dem discrepare.

Quid igitur ad nostræ sententiæ de-  
fensionem reliquum est, quam ut ~~κριτής~~  
~~φύγεται~~ quædam notentur, quibus iste  
clero suo fucum facere conatur, quando  
nimirum abstractis formulis palam reie-  
ctis & damnatis, in concreto se loqui  
afferit, etiam cum carnem Christi, siue  
humana-

SECVNDA DEFENSIO. 47

humanam Christi naturam in persona  
 $\tau\tilde{\alpha}\lambda\circ\gamma\circ\varsigma$ , hoc est (vt ipse interpretatur)  
hominem Christum , omnipotentem  
esse contendit. Est enim in hac propo-  
sitione proculdubio concreti & abstra-  
cti manifesta confusio . Quod vero ad-  
dit, pag. 356. Corpus Christi cum ani-  
ma in persona  $\tau\tilde{\alpha}\lambda\circ\gamma\circ\varsigma$  se pro ijsdem ha-  
bere, ac si diceret: Corpus Christi no per  
se consideratum, sed vt à persona Verbi  
personatū est, siue quatenus homo est, &  
existit, ratione personæ est omnipotens,  
omnipræsens. Hæc tota explicatio nihil  
est aliud, quam causæ implicatio. De car-  
nis enim a Verbo assumtæ, non de Ver-  
bi incarnati omnipræsentia lis est : nec  
Verbum incarnatum, sed carnem Ver-  
bi vbiq; esse negamus. Quod si nobis  
concedit, cur dedita opera veritatem  
 $\alpha\pi\kappa\epsilon\lambda\circ\gamma\circ\varsigma$  obscurat ? Sin improbat,  
libenter ipsi aduerbitur, defendendo  
& usurpando locutiones abstractas, quas  
tamen reiectas vult, & damnatas. Ad in-  
firma igitur ista  $\kappa\eta\sigma\varphi\circ\gamma\circ\varsigma$  idem , quod  
apud Theodoretum extat, respondemus:

ne

ne videlicet in anibus verborum præstigijs ludat, sed diserte potius exponat di-  
eti incongrui sententiam. Nam inter-  
pretationis orthodoxæ approbatores  
habebit, qui diuinam Scripturam du-  
cem sequi volunt. Hæc ille in fine  
Dialogi 3.

Constituto nunc causæ *reverendissimæ*,  
in quo D. Ioannes Matthæus non An-  
haldinensis, verum sibimet ipsi, atque for-  
mulæ Concordiæ autoribus & astipula-  
toribus repugnat, proximum erat ex-  
pendere, quidnam ad duos illos Syllo-  
gismos, quibus iam ante sexennium  
Hertzbergæ probatum est, Realem idi-  
omatum communicationem in Christo  
nihil à physica differre, sed utrāq; pari-  
ratione vel asserendam, vel repudian-  
dam esse responderit. Illi enim si con-  
stent, Antagonista ipso teste, causa,  
quam contra Vbiquitarios defendimus,  
constabit tota: Sicut ijsdem euersis cau-  
sa corruet. Verum cum prudenti lectori  
hac in parte satisfactum abundè pute-  
mus in assertione 42. argumentorum  
recens

recens à nobis edita aduersus Apologi-  
am Erfurdensem, actum hīc nō age-  
mus, sed de ijs duntaxat, quæ, cūm non  
dum explanata sint, notatione non in-  
digna videntur, perbreues subijciemus  
commonefactiones.

In primis ergo lector obseruabit,  
Antagonistam disertè affirmare, physi-  
cam idiomatum communicationem non  
esse in rerum natura. Definit autem  
eam, qua humanitas æquè atq; diuini-  
tas in Christo subiectum sit omnipoten-  
tia, omniscientia, & ubiquitatis. pag. 335.  
Quod cum ita se habeat, omnium re-  
stè indicantium consensu vanissimas esse  
neceſſe erit libri Concordiæ propositio-  
nes, quod corpus Saluatoris sit, ybi cunq;  
ipsius Deitas est. pag. 718. 719. Et quod  
omnia plena sint Christi, etiam secun-  
dum humanitatem, vt loquuntur ibi-  
dem Patres Bergenses, pag. 740. Quin  
potius (inquiunt) quocunque locorum  
Deum collocaueris, eodem humanita-  
tem Christi vnā collocare te oportebit:  
&c. Istiusmodi enim locutiones an non

*ANHALDINORVM*  
rei subiectæ loco habent Christi huma-  
nitatem? An non de assumta natura  
proprium illud Deitatis attributum,  
omnipræsentiam nimirum, ut de subie-  
cto prædicant?

Cum autem hoc ipsum libri Con-  
cordiæ approbatores realem idiomatum  
communicationem nuncupent, vel  
hinc manifestum est, physicam idioma-  
tum communicationem nihil à reali  
differre. Vtrobique enim attributum  
diuinæ naturæ proprium prædicatur de  
humana natura, quæ in istiusmodi  
prædicationibus tenet locum subiecti.

Deinde, vocabulum Reale dicit esse  
æquiuocum & ambiguum: seq; illud nō  
nisi verborum inanitati, & fraudulentæ  
(vt loquitur) allœosi (in hanc enim, quo-  
ties elabi non potest, omnem suam bi-  
lem euomit) opponere: nec communi-  
cationem docere, quæ naturas ipsas in  
Christo, sed personam potius respiciat  
in duabus illis naturis subsistentem.  
pag. 336. Quid verò dissentaneum ab hac  
explicatione Anhaldini sentiunt, do-  
cent.

SECVNDA DEFENSIO. 51

cent'ue, quorum defensio διαρρήσθω, in  
hac vocabuli REALIS usurpatione,  
communicationem idiomatum non mo-  
dò verbalem esse pernegat, sed etiam (vt  
cum scholis loquamur) realissimè rea-  
lem, hoc est, veram & cum re ipsa con-  
gruentem esse asseuerat? Atqui si id est  
in oratione τὸ ἀληθὲς, quod in rebus est  
τὸ ὄν: Et per communicationem idiomata-  
rum vtriusq; naturæ proprietates vni  
eidemq; personæ adscribuntur, non ti-  
tulotenus, sed τὸ ὄν, vt res verè inhæ-  
rentes: quomodo hoc ipso concessō, non  
simul concedatur oportebit, eadē ratio-  
ne, qua reale opponitur ei, quod est ima-  
ginarium, & fictū, ὡς μόνον τὸ ὄνομα ἔχον,  
communicationem quoq; idiomatum rea-  
lem eandem cum physica esse? Nisi for-  
te Filium hominis realiter quidem fate-  
antur esse omnipotentem, omniscium,  
ubique, ἀλλ' & φύσι. Quod, quid erit ali-  
ud, quam factitum quendam in Christo  
Deum soñniare, atque ita in Samosa-  
teni & Arij blasphemias præcipitem se-  
dere? Concluditur ergo hinc etiam,

Realem à physica idiomatum cōmunicione in Christo, sola nomenclatione excepta, nihil differre. Sunt enim utriusque naturæ proprietates, de quarum communicatione agitur, attributa cū realia, tūm physica. Nec, vel omnipotētia, vel omniscientia, vel omnipræsētia realis Christo tribui potest, quæ non sit tñ φύσει talis. Propterea immotum est illud, & καθολικὴ Ecclesiæ ἀξίωμα, quod quicquid realiter omnipotens, omniscium, & ubique esse verè dici potest, idem tñ φύσει esse Deus, aduersus hæreticos necessaria, & cui refragari nemo posse, consequentia, meritò dicatur & credatur. Nec istius suæ assertionis, quæ sola totam Patrum Bergensium ματηολογίā, in hoc præsertim articulo, funditus euertit: Quod videlicet in Christo, quo ad naturas, nulla sit communicatio, neque realis, neque verbalis admittenda: pag. 337. ullam idoneam afferre causam poterit D. Ioannes Matthæus, præter eam, de qua dictum est, nempe quod attributa Deitatis sint res

res τῆς Φύσεως. Ut ita Filius hominis eo ipso, quod realiter est omnipotens, omniscius, ubique, demonstretur τῇ Φύσει esse Deus, ὡμοόποιος Patri & Spiritui sancto. Nam ab illa paternae gloriae æqualitate, etiam carne nostra indutus, ~~as supradicō~~ Iēs, minimè recessit.

Tertio, disertè negat Antagonista, in naturis statuendam, aut concedendam ullam communicationem idiomatum, etiam verbalem, nedum realem. Ut enim dicendum non est, quod diuina natura sit humana natura, & contraria nec dicendum est (inquit) diuinam naturam pati, tristari, mori, &c. aut, humana naturam esse omnipotentem, omnisciam, omnipræsentem, &c. Nam talibus nulla veritas subest prædicationibus, quia realis, id est, physica (habet ergo ipsemet hos terminos pro æquipollentibus) idiomatum participatio inter naturas Christi, non est in rerum natura. Hæc ille. pag. 337. Quorsum igitur clamoribus istis opus fuit hactenus aduersus Ingolstadianos, qui thesi ex-

## 54 ANHALDINORVM

plicatoria de maiestate hominis Christi 29. ex eodem fundamento nobiscum concludunt, non esse Grammaticam tantum seu verbalem idiomatum communicationem in persona Christi: in natura vero, ne Grammaticam quidem, seu verbalem fieri posse? Cum enim totidem prope verbis evidenter tandem veritatis conuictus D. Ioannes Matthæus idem hoc afferat; viderit ipse, quomodo non eadem assertione contradicat collegis suis, qui pro licentia in facultate theologica consequenda disputationes Anno 80. thesi 280. sect. r. eo ipso nomine Iesuitas, qui toti in eo elaborant, ut illitis fucis pingant *Bdēλuyua* pontificium de transsubstantiatione, Sacramentarijs accensuerunt.

Quarto, Amlingum toto cœlo errare clamitat, quod physicum & reale in disputatione de persona Christi *ovovūpas* accipiat. pag. 414. 573. &c. Quasi vero, quando physicam idiomatum *νοινο-*  
*νιαν* nihil differre à reali cum orthodoxis

doxis sentiunt & credunt Anhaldini, propterea eadem vocabula pro Synonymis habeant, quod Amlingo nunquam in mentem venit. Suam ergo D. Ioannes Matthæus, qui à se totam antiquitatem, in primis vero inter Ecclesiasticos scriptores doctrinam de vniione hypostatica, atq; communicatione idiomatum in persona Christi solidè ac luculentè tractantem & explicantem Damascenum, doctoresq; Scholasticos crudiores cum illo piè consentientes, iam dudum deglutitos esse somniat, hac in parte in scitiam prodit. Erroris enim opinione cum vulgo deceptus, quæ idem significant, putat esse Synonyma: quod an Theologum, immo etiam Dialecticum tam acutum, & quidem iam fermè sexagenarium, in Academia præsertim tam illustri præcipuo loco profitentem deceat, non est nostrum dicere, sed alijs non sequentibus studia partium relinquisimus dijudicandum. Ex libro autem Dialectices Damasceni, cap. 32. & 33. discrimen discere poterat inter τὰ πολυάριθμα.

vupia, καὶ σωῶρυα. Synonyma enim & voce & definitione inter se conueniunt. Verbi gratia; Petrus, Paulus, Iacobus, &c. sunt & dicuntur homines οὐωνύμως, id est, vniuocē. Nec aliam vel nominis, vel rei definitionem sortitur hominis appellatio, siue Petro, siue Paulo, siue Iacobo, siue cuicunque denique mortalium accommodetur. Polyonyma verò rem quidem eandem denotant, verū non ijsdem vocabulis expressām. Idem ergo Realis & Physica idiomatum communicatio in hac disputatione significant πλυνόμως, non οὐωνύμως. Alterum enim istorum Epithetorum græcum, alterum origine latinum, deductione verò barbarum est: à quo tamen minus abhorret D. Ioannes Matthæus, quia non ita delicatum se esse gloriatur, vt de loquendi proprietate, nedum puritate, sibi suisque anxiè labrandum esse iudicet. Quin potius loquimur (inquit) vt possimus: pag. 138. (cur non saltē vt debemus?) ideoque etiam suo manuī sensu abundare, quam  
verna-

vernacula Ecclesiæ loqui; cum qua lo-  
 qui annitentem Amlingum eo nomine  
 fuggillare non erubescit: pag. 120. Quasi  
 vero, qui in Ecclesia loquimur, non si-  
 mus obligati ad Dei potius, quam no-  
 stri arbitrij eloquia: aut quasi etiam  
 non sit pars quædam studij veritatis,  
 cautè, propriè, & perspicuè loqui:  
 aut non prædicetur ab omnibus sanis  
 votum oratoris veteris, qui optauit sibi  
 dari, ut etiam sculpta loqui posset.  
 Verum illud esto. Nobis ἐνωλον sit,  
 quod apud Clementē Alexandrinū ex-  
 tant, τὸ μῆδεν ἄπειρος χραφῆς λεκτεον. Item,  
 Theodoreti illud: οὐ γὰρ οὐτοις εἴμι Θραύσης,  
 οὐτε Φάραeus πι σεσυγημένον παρὰ τῆς αγίας  
 χραφῆς. Assentimur etiam, contra bar-  
 baricam illam absurdissimarum phra-  
 sium vocumque καρυοτομίαν, Scholiastæ  
 Damasceni, lib. 2. cap. 22. Qui vilescere  
 prorsus, & sordescere (inquit) ea, quæ in  
 disciplinis seria, & grauia sunt, quoties  
 barbaris, insulis, & ineptis exprimun-  
 tur nō in omnibus. Ideoq; par esse, & æquif-  
 sum, pulcas scientiarum sententias

E s nitidis

nitidis, aptis, & accommodatis exprimere dictioribus, ne barbariem sapiant, aut horrorem. Hæc ille.

Quintò; Reale (inquit D. Ioan. Matthæus) latius patet, quam nō φυσικὴ. Nā etiam persona non est nuda relatio, sed est quiddam reale. Quid tum? An propter ea in Christo aliud est reale, aliud physicum naturarum attributum? Aut tuine ipsius oblitus, physicum à reali distinguens, quæ tamen in naturis Christi vnum & idem esse vltro fateris? pag. 250. At ènīm (inquis) nullam omnino inter naturas communicationem concedimus, sed de communicatione loquimur, quæ sit personæ? Ad hoc responderemus, neq; de posteriore inter nos litem esse, & libri Concordiæ νεύρων, seu statum causæ te mutasse, iam ante ostendimus: neq; prioris assertione ista plus nimis generali vel ijs, quibuscum colludis, vel nobis, quos refutare frustra conaris, vlo vñq; idoneo argumento te satisfacturum. Etenim sicut tota libri Bergenfis, & suffragatorum illius vis in eo

*SECVNDA DEFENSIO.* 59

eo cōsistit, ut persuaderi nobis patiamur,  
carnem Christi assumtam non minus, q;  
Deitatem Verbi assumentis, esse emni-  
potentem, omnisciām, vbiq; (quod cum  
tu nobiscum iam perneges, quid facis,  
quam vt nostram aduersus istos confes-  
sionēm tuo ipsius calculo confirmes?)  
ita quod toties afferis, multò est *γενικός*, quam vt *ἀπλῶς*, hoc est, sine o-  
nni exceptione seu interpretatione con-  
cedero possimus; videlicet quo ad na-  
turās in persona per se consideratas  
nullam **O M N I N O** communica-  
tionem admittendam esse, nedium rea-  
leim. pag. 368. & 476. Item: Nul-  
lam prorsus communicationem natu-  
rarum inter se statuendam, vel docen-  
dam, qualicunque **N O M I N E** ea  
vocetur. pag. 387. Item: Omnem  
communicationem idiomatum, quæ si-  
at inter naturas Christi, simpliciter ne-  
gandam esse. pag. 390. Hæc igitur  
& istiusmodi axiomata toties abstere-  
petita, & inculcata, plus satis qui-  
dem vniuersam Patrum Bergensium

*ματη-*

ματιολογίαν confundunt, nosq; , & qui  
 nobiscum faciunt, hoc est, omnes ortho-  
 doxè sentientes, ac docentes, ab omni  
 hæreseos suspicione, nedum crimine, te  
 ipso iudice, actore, & teste absoluunt.  
 Verum enim uero adeò sunt ista abs te  
 γεννᾶς, & sine determinatione aliqua  
 proleta, ut absque restrictione ἀπλᾶς in-  
 tellecta, vel concessa, non possint non in-  
 cautum lectorum in Samosateni, qui Ne-  
 storij (ut Theodorus Rhætensis scribit)  
 auus fuit, hæresis præcipitare. Is enim,  
 attestante idem (pag. 728.) libro Con-  
 cordiæ, à quo tu hac in parte non mi-  
 nus, quam à nobis dissentis, eadem, qua-  
 tu confidentia, inter naturas Christi o-  
 mne in prorsus communionem, seu com-  
 municationem simpliciter negando,  
 Φιλὸν ἀνθρώπου εἶναι τὸν κύριον ἐδυσφή-  
 μησεν. ὥσπερ δὲ εἰς ἔκφρασιν τὴν περὶ Φωτίου,  
 οὐταὶ τὸν θεόν γενέας τοῦ Θεοῦ λόγος τὸ  
 οὐκηστιν. εὐθεν καὶ δύο φύσιςι διηγερμάτως ἐ-  
 χόσις, καὶ αἰσιωνυτάς περιέχει  
 ΠΑΝΤΑΠΑΣΙΝ, εἶναι τὸν ξερόν  
 ὡς ἄλλος ὅντος αὐτὸς τὸν ξερόν, καὶ ἄλλος τὸν  
 αὐτὸν

SECVNDA DEFENSIO. 61

ἀπὸ κατεπιθυμίας Θεοῦ λόγος. Hoc est: Dominum impiè dixit, nudum fuisse hominem, in quo DEVS Verbum, sicut & in singulis Prophetis habitārit: ac proinde duas naturas separatas, & citra omnem prorsus inter se communionem, seu communicationem, in Christo esse: quasi alias sit Christus, alias Deus Verbum in ipso inhabitans. Hæc enim de Paulo Samosateno, cùm à Theodoro Rhætensi, tūm à Suida (quod non ignorare te putamus) manifestè referuntur. Verum aduersus istam hæresin, etiamnum ignorantiarēne inficitia an temeritatis arrogantia à D. Ioanne Matthæo renouatam, nos quidem inter naturas Christi omnimodam omnium proprietatum & operationum κειμενίαν adeò non inficiamur, vt eandem non tantum realem, sed etiam cum Cyrillo, Damasco, & veteribus orthodoxis reliquis, hoc est, essentialem appellare minimè vereamur; nedū vt hac ratione Antagonista euicerit, realem à physica idiomatum communicatione (siue ἐνωσίη, siue

sue μετοχη, sine tropum αναδοσεως vox  
κοινωνιας significet) in Christo quicquam  
discrepare: cuius doctrinæ prolixiorum  
explanationem petat lector ex defensio-  
nis nostræ pagina nona cū sequentibus.  
Verè enim Amlingomastix hac in parte  
a formula Cōcordiæ, & eiusdem Apolo-  
gia adeò dissentit, ut etiam Basiliū sibi  
habeat aduersantem, qui humanā Chri-  
sti naturam Deitatis participem factam  
effic testatur. In cuius tamen testimonij  
allegatione aliquid desiderant Megapo-  
lenses, ut videre est in Chytrai, & colle-  
garum ipsius, de Apologia Erfurdenſi  
Cracoviæ recens edito iudicio, pag. 20.  
& 21. Realiter communicauit Diuinitas  
humanitati hanc summam dignitatem,  
quod est caro Filij Dei coæterni propria:  
cōtulit ei vniuersa dona cœlestia, quæ in  
naturam creatam possunt cadere in ex-  
cellissimo gradu: cōmunicauit ei socie-  
tate officij Mediatoris inter Deū & homi-  
nes, capitis Ecclesiæ, gubernatoris, & iu-  
dicis totius mūdi: cōmunicauit ei societa-  
tē honoris & adorationis vnius cū λόγῳ.

Hæc

SECVNDA DEFENSIO. 63

Hæc omnia saluā ne relinquat D. Ioan.  
Matthæus, Nullā prorsus inter naturas  
Christi cōmunicationem fieri nimis au-  
daēter pronunciando, pag. 390. pēnes le-  
torem non inertem & rudem esto iudi-  
cium. Quas isti diras, execrations, & de-  
testationes nō cumulaturi fuerant, si tale  
quippiam à nostris hominib. proditum  
eſſet? Eāt nunc, & Antagonistæ huic no-  
stro coronā imponant, cuius respōſione  
(licet virulentissima) adeo non ſunt con-  
victi, Dei beneficio, vlliū erroris An-  
haldini, vt hyperbolēn illam de reali idio-  
matū Deitatis cū carne participatione,  
quam ſolam hactenus impugnauimus,  
non ſolū ex agro Domini nobiscū D.  
Ioan. Matthæus ad orcum vſq; extermi-  
natam velit; verām etiam in contrariam  
hāc, de qua dictū eſt (nō aliter, ac q̄ Scil-  
lā vitans in Charybdim incidit) ſe ipsum  
hyperbolēn demergat; adeoq; ad noſtrā  
confessionē ſententiā aggregando ſuā,  
longius, q̄; probare poſſiuſ, à ſuis aſti-  
pulatoribus, fucum tamen iſtum non  
dum fortassis animaduertentibus (im-  
prudens

prudens sciens ne ipse nōrit) recedat.  
 Hæc igitur tecum aliquando D. Ioannes Matthæe sobria mente reputans, vi-  
 de sis, vt de veritate rectè tibi abs te sci-  
 licet, vt gloriaris, illustrata gratuleris.  
 Vel hinc enim (vt tuis te bellis epipho-  
 nematis remuneremur) cognoscet, im-  
 mò videbit (vt scribis, pag. 485.) Ma-  
 gistratus tuus, videbunt collegæ tui, &  
 tota (nisi in meridie cæcutire dedita o-  
 pera velint) subscriptorum cohors in-  
 telliget, qui sis, & qualem doctrinam in  
 pectore geras, & in schola, temploque  
 doceas.

Quæ porrò ad binos illos Syllo-  
 gismos Hertzbergicos tuendos hīc re-  
 peti poterant, ea omnia cum prolixè sint  
 (vt iam antè dictū est) in refutatione no-  
 stra, quam Apologiæ Erfurdenſi nuper  
 oppoſuimus, declarata, & 25. argumento  
 ibidem inserta, non opus esse arbitra-  
 mur, actum hīc agere, ne lectoris bene-  
 uolentia & æquitate abuti videamur;  
 cum præsertim res ita sit plana, vt iam  
 pridē talia nos à tergo relinquere; ad ea  
 vero,

verò, secundum Apostolum (Phil. 3.  
vers. 14.) quæ à fronte sunt, contendere  
docuerit, ne de lucis exortu sub meridi-  
em dubitare, aut in stadio pietatis non  
progreди velle existimemur. Conferan-  
tur cum his breuiter iam repetitis, nec  
non in assertione 42. argumentorum  
prolixius enarratis, D. Ioannis Matthæi  
*κρησθύεται*, nec cuiquam obscurum e-  
rit, præmunitiones illas Hertzbergicas  
nec friuolas nec elumbes esse: tantum  
abest, ut bellus iste Doctor (qui quām  
sit ab impudentia, vanitate, & arrogan-  
tia alienus, res ipsa loquitur) sine mani-  
festa calumnia hoc loco impudentiæ, va-  
nitatis, & arrogantiae Amlingum accu-  
savit, quod victoriæ palmam veritati po-  
tius, quām istius nugacitati deferat.

Ceteris igitur breuitatis studio hīc  
præcisis, accedimus iam ad S E X argu-  
menta, quibus nominatim refutantur  
patrocinantes doctrinæ ubiquitatis, quæ  
nihil aliud est, quām Eutychiana, &  
Schuenckfeldiana naturarum in Christo  
confusio. Sed ne in ijs quidē prolixiores

F esse

esse instituimus, quòd & 42. illis argumentis eadem inferta, & in disputatione Moguntinensi non minus, quam Ingolstadiana iampridem à Iesuitis, quibus nemo Vbiquistarum in huac vñq; diem respondit, nedum satisfecit, neruose repetita, & prolixè confirmata sint. Quid? quòd Antagonista ipse Amlingo eadem vult restituta, vt inuicta; contra physicam scilicet idiomatum transfusionem, quam non tantùm explodit, verum etiam auditores suos, & pios omnes rogarat, atq; obtestatur, ne cui, talem communicationem idiomatum docenti, fidem habeant. pag. 574.

Itaque cum apud neminem, qui orthodoxæ fidei elementa, primoribus saltem, quod aiunt, labris degustari, dubium sit, quin utriusque naturæ proprietates & actiones reuera, immo etiam ἐπωδῶς personæ competant: cùmque suffragante ipsa Concordiæ formula, controversiæ cardo non in eo vertatur, quidnam personæ communiceetur,

SECUND A DEFENSIO. 67

nicetur, sed potius quid in Christo naturæ assumptæ congruat; si ne eadem non minus, quam Verbi assumentis Deitas, omnipotens, omniscia, ubique: Denique cum à D. Ioanne Matthæo hæc ita decidantur, ut veritatis evidentia convictus, in Anhaldinorum vel potius totius Ecclesiæ œcumenicæ & catholicæ sententiam pedibus eundo, dissentè neget, humanam Christi naturam vel omnipotentem, vel omnisciam, vel omnipresentem esse: immò talibus prædicationibus veri nihil subesse, ultra fateatur: pag. 337. ista, inquam, omnia cum ita se habeant, quid restat, quam ut eodem D. Ioanne Matthæo & auctore, & teste, & judice, tota ista Patrum Bergensium, de reali idiomatum Deitatis communicatione seu participatione facta carni, disputatio, ex agro Ecclesiæ exterminetur, & de veritate orthodoxa, quam Anhaldini cum omnibus Iesum crucifixum rectè inuocantibus tuerintur, ac profitentur, gratum DEO θεονομον canatur?

Omissa igitur prolixiore iam eorumdem sex argumentorum defensione, quippe quæ à nobis superiori defensione rationibus satis firmata arbitramur, tantum ad  $\kappa\sigma\eta\sigma\varphi\gamma\tau\alpha$  quædam respondemus, quibus iste, ne obmutuisse, ac veritati cessisse videatur, causa lux fucum facit. Quorum hoc primum est.

I.

Quod audacter scribit, neminem esse, qui realem communicationem, id est, physicam propriatum transfusionem, inter Christi naturas fieri aut factam esse, docuerit unquam. pag. 352. Quasi vero primis funesti huius certaminis autoribus non fuerint (ut cum Dialecticis loquamur) vocabula ista æquipollentia, effundere, communicare, conferre, ornare, vngere, euherere. Quod ne quis fingi à nobis suspicetur, persuasus perpetuis Antagonistæ nostri clamoribus, vociferantis cum laruis à seipso confictis Amelingum dimicare, consideret pauca testimonia ex infinitis, quibus istorum libri

SECVNDA DEFENSIO. 69

bri sunt referti. Sic enim iam olim D. Brentius sensit, docuit, scriptitauit.

Recognit. 16. Incarnationem Christi, seu personalem Filij Dei cum filio hominis Unionem, vocamus coniunctionem diuinae & humanae naturae in Christo, in qua diuina natura EFFUNDIT omnem suam maiestatem in humanam naturam, ORNAT eam cœlesti sua virtute, gloria, honore, ac dignitate, &c.

Recog. 22. Ita DEVS se coniungit & unit cum homine, ut in ipsum omnem suam maiestatem CONFERAT, nec cum uno tantum & altero, aut etiam multis, sed infinitis, adeoque omnibus, omnibus inquam suis cœlestibus ac diuinis DONIS ORNET. Et paulo post: Iam inde ab æterno constitutum est, ut Filius Dei fieret Filius hominis in plenitudine temporis, in quem omnis diuinitatis maiestas CONFERRRETUR. Item: Ut diuinitas EFFUNDERET omnia maiestatis sua bona in humanitatem.

Recognit. 29. Hic iam versamur in proprio statu huius controversie. Num in-

carnatio Christi, seu unio personalis se eo extendat, ut Filius Dei EFFUDERIT in filium hominis omnem suam maiestatem, videlicet omnipotentiam, omniscientiam, omnijustitiam, omnipresentiam, & omnifelicitatem, &c.

Recog. 30. Affirmo igitur personalem duarum naturarum unionem in Christo tam latè patere, ut Divinitas non unam tantum & alteram partem sue maiestatis, sed omnem suam maiestatem in humanitatem Christi CONFERAT. Quod rectè communicatio idiomatum id est, proprietatum vocatur.

Recog. 41. Verbum sic caro factum est, ut aeternus Filius Dei ita habitet in filio hominis, ut E V E H A T ipsum unum secum in diuinam maiestatem, & EFFUNDAT in eum omnes suas PROPRIETATES.

Recog. 113. 114. Incarnatio illud significat, quod Filius Dei inhabitatione sua in semine Abrahae, & impletione eius, EFFUNDAT in ipsum omnem maiestatis sue thesaurum.

## SECVNDA DEFENSIO. 71

thesaurum ac plenitudinem. Et hoc est  
discrimen inter Christum & alios homi-  
nes, communicatio diuinarum propri-  
tatum, quibus Filius hominis ab inhabi-  
tante Filio Dei ORNATVR, seu præ  
confortibus suis VNGITVR. Hæc  
Brentius, cuius sententiam aperte per  
vniuersum librum suum impugnat D.  
Ioannes Matthæus, qui tamen negare  
non erubescit, à quoquam suorum gre-  
galium communicationem physicam  
docendo traditam esse. Sed hæc ha-  
ctenus.

Venio nunc ad secundum illius  
*κερτφύγετον*, nimirum : *quod de natura*  
*Christi humana loquatur, non IN SE*  
*considerata, sed in VERBO.* pag. 357.  
Quasi verò assumta natura vel existat,  
vel considerari possit extra VERBUM.  
An non igitur in eum quadrabit illud  
Sophoclis: ἀνδρὸς ματάγις φλαῦρὸς ἐπη  
μυθεμέρας; de quo tamen penes alios  
estō iudicium. Quid verò suis iterum  
patronis, & Ecclesiæ non Iesu Christi, sed  
suæ, hoc est, Iacobiticæ, siue Iacoban-

dreanæ luminibus respondebit, quos etiam hac in parte sibi manifestè habet aduersantes? Sic enim iam olim Ioannes VVigandus, lib. de comm. idiom. pag. 139. *Humanitas in persona Christi ultra dona sua naturalia accipit realiter à diuina natura plurimas proprietates, TALI pacto, ut etiam IN SE habeat ac possideat illas à diuina natura communicatas proprietates.*

Item; D. Selnecerus Anno 72. ad The. B. *Humana natura non ex se, non per se, non seorsim, non extra personam Christi, sed in Christo, atq; adeo IN SESE etiam habet omnem potestatem, id est, diuinam planè & eternam SIBI datam à Christo, & in Christo, potentiam in cælo & in terra: &c. G. vlt. b. H. 1.*

Item: *Habet IN SESE (etsi non per se, aut ex se, nec seorsim extra Christum) potentiam infinitam & diuinam. H. 4.*  
*Hæc igitur consideret disputator, & Amlingum non cum proprijs, seu à semetipso confictis, sed cum Vbiquistarum lauis pugnare agnoscat.*

Tertium

Tertium κεντρόν est, quod ad ferrum ignitum configit; in cuius tamen applicatione iterum haud obscurè ostendit, se à libri Concordiae architectis dissentire. Cum enim isti perpetuò similitudinem hanc in ore habeant, ad declarandam realem suam, quam commiscuntur, idiomatum communicacionem; noster ille disputator non admodum dissimulat, se eò usq; ferri igniti similitudinem nequaquam extendere. pag. 360. Sentit ergo nobiscum potius, quam cum ijs, in quorum gratiam perpetuis ἀνεγλογίαις, & ἀμφισσολογίαις ludit: omnia dicturus planius, nisi ventris studium τῷ νοεῷ δελέεται ipsum cogeret. Et hactenus quidem de primo argu-

mento.

In secundo argumento prolixè Anhaldinorum aduersus Vbiquitarios confirmat sententiam: præsertim cum discrimen inter abstractum & distractum approbet, pag. 362. quod nec illi obseruarunt, qui D. Heshusium Episcopatu exuerunt; nec isti persuaderi sibi pati-

untur, qui simpliciter abstractum humanae Christi naturae extare negant; quorum non aliam ob causam in assertione nostra aduersus Apologiam Eriturdensem mentio nominatim facienda fuit, quam ne cum proprijs (ut Antagonista garrit) laruis pugnare videmur. Quid? quod sibi ipse repugnans palam (quod res est) affirmat; *Amlingum omnipotentiam, & alia diuina omnia sic considerare in Christo, ut vni eidemque Christi individuo, sine iunctiunitate, non tantum humanae, verum etiam diuine nature idiomata prædicatione minime verbali, sed potius reali (propter veritatem ipsam, quæ verbis inest) tribuendo communicet.* pag. 364. Si ergo hec est communicatio idiomatum realis, quam defendis, quorū accusamur, quāsi illam vñquam impugnauerimus? Siquidem, quod nos cum omnibus orthodoxis sentimus, idem quoque Antagonista noster sentit; abstractas nimirū formulas de carnis Christi omnipræsentia, omnipotentia, omni-

omniscientia reiiciendas, & damnandas esse; non admittens, carnem Christi in abstracto, etiam in persona Θλόγκα per se consideratam, esse omnipotentem, omnipresentem, ut habent expressa verba, pag. 303. 305. quæ hoc loco recitanda duximus, ut pius lector ea in promptu haberet, & proprius considerare posset. Non enim dicimus (inquit) in abstracto carnem Christi esse omnipotentem, omnipresentem, &c. Illas abstractas formulas reiicimus & damnamus. Hæc ille.

Quod si ista verè & ex animo dicit, omni sane inter nos lite sublata veritati Confessionis Anhaldinæ, in honorem non nostrum, sed eius, cui soli laus, honos, & gloria seculis infinitis debetur, palmam deferat oportebit. Hæc ipsa vero declaratione, sicut Hes-  
sus iste aduersarijs, à quibus Episcopatu exutus est, astipulabitur: ita toti simul Patrum Bergensium ουνεδρίω reclamabit. Quod cum ipsem (ut apparet)

ret) animaduerteret, nouum hic  $\eta\varsigma\pi\phi\delta-$   
 $\tau\tau\tau\tau$  arripuit, lectori persuasurus,  $natu-$   
 $ram$  humanam in *VERBO* esse ipsum ho-  
 $m\acute{e}n$  Christum; nec abstracti, sed con-  
 $creti$  esse locutiones, quoties dicat: Car-  
 $nem$  Christi, siue humanam Christi natu-  
 $ram$ , in persona τε λόγος esse omnipoten-  
 $tem$ . Quid enim humana (inquit) na-  
 $tura$  est in persona τε λόγος, quam homo  
 $Christus$ , aut filius Mariae? Hæc ille.  
 pag. 365.

Verum quis ita rudis est, qui non,  
 etiam nemine admonente, in hisce pro-  
 positionibus Nestorianam simul & Eu-  
 tychianam abstracti & concreti, hoc est,  
 naturæ atque personæ confusionem a-  
 gnoscat?

Ludit etiam illa phras: *Corpus Chri-  
 sti, salvo corporis modo, in VERBO ubiq;  
 præsenti, præsens esse, non in se, nec simul*  
*cum VERBO, secundum modum VERBI.*  
 Quod idem esse vult, ac si dixerit, homi-  
 $nem$  Christum esse omnipræsentem:  
 non

SÉCVNDA DEFENSIO. 77

non quidem inde (inquit) unde homo est,  
sed unde homo Deus est. pag. 366.

Quis verò propositiones in concreto vñquam ex nostris impugnauit? Suos ergo ipsius socios tecte fuggillet oportet, quibus tamen fascinum obijcit, excogitatis istiusmodi effugijs atque cothurnis de omnipræsentia corporis in VERBO, seu in VERBI persona. Hæc enim audientes incauti Pandoræ Subscriptores, protenus idem illum, quod ipsi perperam sentiunt, docere autem, cùm reipsa contrarium defentat, & nostram aduersus librum Concordiæ sententiam confirmet. Quam itiam auxiliante Christo, Domino & seruatore nostro, de cuius maiestate & gloria agitur, deinceps se propugnatetur, & propagaturum aduersus omnes inferorum portas sanctè promiuit. pag. 367.

Stet ergo missis, & Concordiæ formulam breui ad Orcum (vt diuinans loquitur, pag. 417.) collapsuram, vñà cum Reali ista seu physica idiomatum Veritatis facta carni participatione, non est

est quod dubitemus. Cum autem i-  
stiusmodi *uero* & *propter* sacerdotem saepius occurant,  
libet hic sequentem quæstionem vñ  
cum subiecta ad ipsam responsione le-  
ctori considerandam proponere, ijsdem,  
quibus concepta, & exposita fuit in Sy-  
nodo Quedlinburgensi, verbis.

*Quero: an ista Propositio  
sit vera?*

Christus Deus & homo est Dominus  
& gubernator omnium creaturarum, non  
absens, sed præsens, secundum utramque  
naturam in concreto: non tamen secun-  
dum intellectus humani capacitatem, aut  
secundum conditionem, vel proprietatem,  
aut rationem huius seculi, non localiter,  
non physicè, non circumscriptiue, non in-  
clusiue, non quantitatue (ut loquuntur  
Scholastici) non visibiliter, non sensibili-  
ter, sed planè diuino modo, soli omnipo-  
tentiae diuinae noto, & possibili, & in ver-  
bo eius promisso.

Ad

SECVNDA DEFENSIO. 79

Ad hanc questionem peto à Reuerendis & clarissimis viris, Dominis Theologis Brunsvicensibus, categoricam respon-  
sionem. Quedlinburgi. 26. Ianuarij  
Anno 1583.

Joach: à Beust in  
Planitz, I.V.D.

Responsio:

Propositio præstantissimi viri D. Do-  
ctoris Joach. à Beust vera est tota, si uno  
tantum in loco corrigatur, nimirum, ubi  
coniunguntur hac verba: SECVN-  
DVM V TRANQVE NA-  
RAM IN CONCRETO.

Phrasis enim secundum utrangu naturam  
diuersa est ab ea, quæ dicitur in Concreto.  
Quod si volunt Domini in Concreto loqui,  
consentimus. Agnoscimus etiam in  
Concreto, totum Christum appellari. Sed  
phrasis secundum utrangu naturam in  
recessu hoc habet, etiam humanam natu-  
ram Christi esse omnipresentem, id quod  
nos

*nos affirmare veremur, propter rationes,  
quas alibi diserte exposuimus. 27. Ianu-  
ary. Anno 83.*

*Tileman Heshusius. D.*

*Daniel Hoffman. D.*

*Basilius Satler. L.*

*Joan. Maltzius.*

*M. Henricus Colpius.*

Habes D. Ioannes Matthæi D. Heshusij sententiam, hac quidem in parte orthodoxam, nostræq; ομόνυμοι, cui tu iniuriam facis, quando scribis, *hominis illum Christi omnipotentiam concedere, omnipresentiam negare.* Nec enim hominem Christum omnipresentem esse negat, sed carnem Christi: ut vel hinc etiam conuincaris falsitatis, quando tibi in ceteris propositionibus, de omniscientia, & omnipotentia, cum illo conuenire somnias. Quasi vero ijsdem, quibus tu, ambiguitatum praestigijs ludat, ut illud in concreto dictum sentiat:

*SECVNDA DEFENSIO.* 81

sentiat: *Caro Christi in VERBO est omnipotens, omniscia.* Hoc verò in abstracto: *caro Christi est omnipotens, omniscia.* Quin potius aliam, quam in Verbo, non agnoscit carnem Christi. Ideoque Abstractum non pro distracto sumit, sed carnem Christi omnipotentem, & omnisciam, non autem ubique esse sentit, siue determinatio illa, ut Dialectici appellant, *οὐγνατηγρηματικὴ* (IN V E R B O) addatur, siue omittatur: cum, carnem Christi à Verbo nusquam esse separatam, extra controuersiam sit.

Pronunciatur autem de propositio-  
num conditione ex consideratione sub-  
iecti ipsius, non syncategorematum. Si  
enim subiecti loco vocabulum naturæ  
ponitur, propositio est abstractiva; si  
personæ vocabulum subiecti locum te-  
net, propositio est (ut Scholastici lo-  
quuntur) concretiva. Hæc ipsis quoque  
catechumenis plana sunt. Et hactenus  
etiam de secundo arguento.

Tertium argumentum agit de diffe-  
rentia specifica, quæ duarum in Christo

G

natu-

naturarum vnionem constituit, eamque à prioribus tribus præsentia Dei gradibus discernit. Miris autem modis hīc, dum se explicare conatur, semetipsum implicat, & tricas tricis cumulat. Differentiam specificam esse ipsam rei formam negare non potest, atq; ideo nolens volens concedere cogitur, id quod rem constitutam consequitur, non esse differentiā eius specificam. Quod enim consequens est, non potest id, cuius est consequens, constituere. Id quod omnes sana mente prædicti agnoscunt.

Stat ergo tertium argumentum, etiam ipso teste, fixum adhuc & immotum. Manifestis enim verbis se concedere, minimeq; reijcere illud scribit, quod Anhaldini sentiunt, hypostasin (non autem communicationem idiomatum) esse vñionis duarum in Christo naturarum differentiam specificam. Vnde etiam hypostatica dicta sit. Vñionis enim vox præsentiae huius genus exprimit: epitheton additum vñionem hypostaticam  
(vt

(ut cum Dialecticis loquamur) specificat, & à ceteris præsentia Dei gradibus discernit. His ergo positis & concessis, nihil erit, quod in argumento ipso desideret.

*At enim (inquit) nos non peccare confidimus, si realem communicationem idiomatum, quam nos docemus, appellatione specificæ differentiæ dignamur:* pag. 381. Additque rationem: *Qui ares, & explicatio rei vera, sunt unum & idem. Vnde facile colligi potest (inquit) si quidem hypostatica unio differentiam specificam constituit, quod multò magis talen differentiam constituat id, quod unionem personalem per ea, quæ ex illa sequuntur, explicat.* pag. 371.

Item: *Sed ut tandem me prorsus expediam (inquit) sit unio hypostatica, sicut contendit aduersarius meus, specifica differentia: Inde verò concludo; si hypostasis constituit differentiam specificam, quoad ceteros præsentia Dei gradus, quanto magis vera unionis hypostatica explicatio illud præstabit?*

Hæc ille. pag. 387. Ecquis acutiorē Dialecticū vñquam audiuit , quām hunc, apertē rem cūm rei enunciatione, & explanatione, sine peccato( vt sibi ipsi blandiens ait ) confundentem? Siquidem ergo res & explicatio rēi sunt vnum & idem: qua frōte vñionem ipsam cūm reali idiomatum , quam singit, ~~vñvia~~ vnum idemque esse negat? Verū ista tam sunt manifestē vana , vt niuem albam non esse facilius persuaserit auditoribus suis Anaxagoras , quām Smalcaldensem istum disputatorem sobrijs auditoribus sua commenta persuasurum credamus.

Illud verò Cabalisticum quiddam aut Seraphicum habere videtur , quod realem communicationem idiomatum commendaturus , nunquam non suas ~~ωδεγμένας~~ addit : cuiusmodi sunt Quam nos docemus: pag. 378. 381. Item, quam in meo Tractatu doceo. Item, quod de M E O adieci. pag. 380. Cum enim eandem ~~ω~~<sup>E</sup> ~~τι~~<sup>τι</sup> ~~σημάντως~~ etiānnū pro-fiteri se scribat doctrinam, quam in the-sibus,

ibus ad calcem nostræ defensionis appressis ante 18. annos defendit; nec ita pridem ex Damasceno deduxerit sententiam eandem, quam omnes orthodoxi; etiam ij, qui ante decennium dissipa Schola VVitebergensi suis electi sunt laribus, ac profitendi munere remoti, quosque probroso nomine Sacramentarios proclamat: immò quam ipsi etiam Pontificij nobiscum profitentur communem: neminem ita hebetis, aut obtusi ingenij esse arbitramur, quin etiam non admonitus intelligat, aliud sentire Ioannem illum Matthæum, aliud simulare: cuius rei rationem suæ olim conscientiæ, & seuerissimo iudici, atque *καρδιογνώση* filio hominis se redditurum certò sibi persuadeat. Ad eiusdem igitur tribunal illud etiam reiiciatur, quod contra conscientiam; & citra omnem prorsus rationem, haud recusat eorum patrocinari opinioni, qui per manifestam graduum præsentia Dei confusionem contendunt, *in quolibet homine, immò etiam in qualibet creatura duas*

concurrere inseparabili, & indissolubili  
vinculo unitas substantias, rei nimirum  
creare naturam, & ipsius Verbi omnia  
sufficiuntis SUBSISTENTIAM.  
pag. 336. Quod paradoxum ita est ab-  
surdum, & blasphemum, ut etiam in A-  
pologia Erfurdense, tanquam à typo sa-  
norum verborum alienum, explodatur.  
Consideret igitur pius ac prudens le-  
ctor, tam belle inter istos Harmonias  
conuenire, quam inter vulpes Samsonis,  
caudis quidem colligatas, sed capitibus  
nimium quantum distractas.

Pag. 398. negat, se communicatio-  
nem, seu participationem talem commi-  
nisci, qua diuinitas οὐ λόγος cum suis at-  
tributis facta sit carnis assumta diuinitas  
propria. Verum ne illud Amlingi com-  
mentum esse blateret, recognoscat soci-  
orum suorum suffragia, quorum, in af-  
fertione quadraginta duum argumen-  
torum ministerij Anhaldini, aduersus  
trium viros istos siue cuparios, siue cau-  
ponarios, τὸν λόγον τῆς Ἰεζούσης λένοντας,  
καὶ δολεῖτας, secundum Apostolum (2.  
Cor.

*SECVNDA DEFENSIO.* 87

Cor. 2. vers. 17. & 2. Cor. 4. vers. 2.)  
nominatim facta est mentio, citatis ~~auto-~~  
~~reger~~ aliquot istorum sententijs: in fine  
argumenti vicesimi sexti. In quorum e-  
nim castris militat, & *quibus omnia sua*  
(ut loquitur, pag. 440.) *vel maximè vult*  
*esse confona*, eorundem proculdubio  
partes tuebitur, communi præsertim  
cum ipsis tessera vtens.

Et ne longius abeamus, quærimus  
ex ipso, quidnam discriminis sit inter il-  
las locutiones: *Humana Christi natura*  
*possidet, seu habet propriam Diuinitatem*  
*Verbi, ad communem usum, & effectum.*  
Et: *humana natura, ut in Christo, seu*  
*Christi, hoc est, Verbi incarnati persona*  
*subsistit, propriam habet Diuinitatem*  
*Verbi, ad communem usum, & effectum.*

Pag. 398. Fatemur, nos hebetiores esse,  
quam ut hasce prædicationes à se mutuo  
discernendas, aut de abstracto alteram,  
alteram de Concreto accipiendam esse,  
suspici vnq; potuerimus: quarū discri-  
men qui demonstrauerit, is erit nobis, se-  
cundū Maronis Palæmonem, magnus

G 4 Apollo.

Apollo. Siquidem ergo posteriorem approbat D. Ioan. Matthēus, cur improbat priorem? Humanitas enim Christi, nisi quatenus in persona Verbi subsistit, proculdubio ne esse quidem statuenda est. Nec humana natura Christi est ipse homo Christus: Sed homo Christus est Verbum humana natura vestitum, seu eidem hypostaticè vnitum, hoc est, Verbum incarnatum. Quod qui negat, ipsa fidei principia cum Nestorio & Eutychie neget oportebit. Aduersus autem negantem principia frustà disputabitur.

A stipulatur nobis Gabr. di. 7. quæ. vn. lib. 3. cuius verba h̄ic adscribemus: *Natura assumta humana neg<sub>z</sub> est Christus, neg<sub>z</sub> homo, neg<sub>z</sub> Deus, neg<sub>z</sub> omnipotens, neg<sub>z</sub> aeterna, neg<sub>z</sub> creatrix: sed est pura creatura, assumta à Deo, in quo & homo subsistit communicans Deo suam denominationem, qua verè dicitur, & est homo.* Hæc ille.

Constat etiam ex decreto Synodi Chalcedonensis, adeò in Verbi incarnati

nati hypostasi differentiam naturatum non aboleri, aut tolli, ut quemadmodum diuinæ naturæ idiomata manent sui semper similia, id est, immota, & integra; ita quoque naturæ assumtæ proprietates MAGIS seruentur in Christo, quam in vlo mortalium seruari possent: puta, quod & perfectione, & puritate hypostasis illa, in quam utriusq; naturæ proprietates ἀκραφεστην ἐνωδ (ut Damascenus loquitur) concurrunt, omnibus alijs hominibus longissime antecellat.

Verum Antagonistæ nostro illud usu venit, quod Nazianzenus scribit, ἐπειδὴ ποιῶ τοῖς ἀρετικοῖς τὴν πλάνην, οὐ τὸν ὀνομάτων ὅπιζομένην. Id quod Damascenus iisdem propè verbis repetit & declarat, inquiens: τόπος γάρ εἰσι τὰ ποιῶν τοῖς ἀρετικοῖς τὴν πλάνην, τὸ πάντο λέγειν τὴν Φύσιν, καὶ τὴν τυποθεσίαν.

Pergit igitur suo more χειρόδεις καὶ χειρόδεις πεσσφέρειν λόγις, secundum Theodoretum (Dial. 3. pag. 347.) hoc est, verborum præstigijs ludere. Ut enim

G 5 per-

persuadeat lectori, *Verbum OMNIA per naturam assumtam agere*, adeò ut etiam corpus Christi resurrectionis suæ, ipso afferente, instrumentum fuerit, quod tamen, omnium sanorum consensu, proculdubio ~~ποιεῖσθαι~~ illud fuit, cui vita erat restituenda: Thomæ profert testimonium suæ sententiae tam manifestè repugnans, vt quod nostram magis astrueret, vix aliud in medium proferre potuisset æquè neruorum. Ac mirum profectò sit, usque adeò contendendi studio istum occæsum esse, vt ne quidem animaduertat, quid suæ causæ vel prospicit, vel obseruit: malitique prorsus dogmati suo inconsentanea, & sibi ipsi contraria effutire, quam veritati manus dare. Palam enim pro nobis responderet Thomas (quod idem etiam magnus noster Lutherus diserte affirmat) numirum, *Virtute diuinitatis*, (ne quidem per mortem vel ab anima Christi, vel ab eiusdem carne separate) non autem virtute assumta nature, animam in defuncti corpus rediisse, resumente

## SECVNDA DEFENSIO. 91

mente animam corpore, quam moriens Christus à corpore deposuerat, & resumio ab anima corpore, quod dimiserat.

Quid autem hoc virium aut ponderis habet ad ~~παραγόντες~~ illud probandum: quod nihil omnino, nisi ministerio humanae naturae agat ὁ λόγος? Aut: quod omnia Verbum per humanam natu-  
ram agat, tanquam per instrumentum?  
Esi enim hoc ita se haberet; tamen ad  
unionem duarum in Christo naturarum  
hypostaticam efficiendam adeò non suf-  
ficeret, ut eandem solueret: cum ea,  
quorum alterum functiones suas obit  
per alterum, unita esse siue personaliter,  
siue alio unionis genere, minime ne-  
cessè sit. Neque enim cum fabro securis  
aut malleus est unitus, etiamsi eius in a-  
gendo usus sit: neq; cum dioptra unitus  
est oculus, etiamsi ad explorandam ma-  
gnitudinem dimensionisque ea vtratur  
Geometra. Quomodo igitur non sol-  
vunt unitatem personæ, qui unionem  
naturarum in ea re constituunt, & per  
ea definiunt, quæ nihil minus est, quam  
unitio?

Verum

Verum cum isti passim, ut hoc suum  
magis auditoribus perjuadeant, ad  
similitudinem animæ in homine, O-  
MNES suas actiones (etiam inorga-  
nicas, ut nimis crassè philosophantur)  
per corpus efficientis, confugiant; ne  
in re manifesta bonas horas consuma-  
mus, expendat secum ipse prudens atq;  
pius lector, an non monstrorum, & im-  
pium dictu fuerit? Deitatem, sicut ani-  
mam, per oculos corporis videre, per  
aures corporis audire, per intellectum  
humanum intelligere, per voluntatem  
humanam velle: ministerio deniq; hu-  
manæ naturæ, tanquam medij, seu in-  
strumenti, cognoscere arcana æterni  
Patris, &c. cum potius, Deitatis benefi-  
cio & efficacia, suas operationes exer-  
eat anima & corpus naturæ assumtæ.

Quam verò illud etiam ab omni  
Theologiæ orthodoxæ ratione alienum  
est, quod regulam Leonis (*de utraq; for-  
ma in Christo ad commune apotelesma &  
gente, unitè quidem, at non indistincte*)  
per uniuersum scriptum, pagina præser-  
tim

tim 119. ita deprauat, ut neget, aliud in Christo diuinam, aliud humanam agere naturam. Quasi vero ἡ τῆς ὁρθοδοξίας σύλη non habeat διαρρήστις & expressè additum: quod Verbum operetur, quæ Verbi sunt, & caro exequatur, quæ carnis sunt. Alterum enim in Christo iniurijs succumbit, alterum coruscat miraculis.

Ac licet teste Damasceno Christus agat diuina humanitus, & humana deitus; non tamen inde efficitur, quod diuina natura humanas, aut humana diuinas peragat operationes. Ista enim operationum confusio totum proculdubio unionis duarum in Christo naturarum hypostaticæ mysterium euerteret. Quin potius ἡ μὴ ταῦτα μαρτυράμενης, τῆς θεότητος αὐτῆς ὑποηρχεν εὑέργεια. ἡ δὲ χεροφύλακη τὸ θελῆσα. Καὶ τὸ εἰπεῖν, θέλω, καθεισθητοί, τῆς ἀνθρωπίνης αὐτῆς ὑποηρχεν εὑέργεια (secundum eundem autorem lib. 3. fidei orthod. cap. 15.) καὶ ταῦτα αὐτῆς τῆς θεότητος, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος. τὰς μὲν θεοτυμίας ηγέτης εἰσογάζετο, ἀλλ' οὐ δικα

δίχατης σπουδῆς τὰ δὲ πεπονιὰ ησάρξ, ἀλλ' εἰ  
χωρεῖς τῆς θεότητος. καὶ παχύσην γένεται οὐρανὸς  
ουαημένη ἡνήθεότης, δοκαδῆς διαμένεται,  
καὶ τα πάντα εὑτελέσσα τὰ σωτήρεα, οὐδὲ ἐνεργεία  
γεγονεῖ τῇ τε λόγῳ θεότητι, ουαημένος ησάρξ  
ματα, νοῶν καὶ εἰδῶς τὰ πάντα, &c.

Quid? quod D. Ioannes Matthaeus,  
negans *κοινωνίαν* à Leone anno tñs evocatus  
positam esse, manifestè contradicit Sy-  
nodo cœcumenicæ sextæ, quæ dictum  
illud (utraque natura agit cum alterius  
COMMUNIONE quod proprium  
est) magna asseueratione exponit de  
vnione, contra Monotheletarum cor-  
ruptelas. Sic enim inquit Synodus:  
*Operatur utraq; forma cum alterius com-*  
*munione quod proprium est. Non enim*  
*dixit, quod minuit, aut immutauit, aut*  
*confundit, vel abnegat hoc, quod propri-*  
*um est, utraq; natura, de his: que in uno*  
*eodēg; Christō substantialiter unita sunt.*  
*Sed operatur quidem: cum alterius autem*  
*communione: ut & differentiam ostendat*  
*per hoc: quod OPERATVR,*  
*QVOD PROPRIVM EST: &*  
*VNL*

SECVNDA DEFENSIO. 95

V N I T I O N E M significet per hoc,  
quod dicit: CVM ALTERIVS  
C O M M V N I O N E. Tom. Concil. 2.  
f. 779. 972.

Verum in re omnibus manifesta  
quorsum immorari opus est? Stat igitur  
contra Antagonistae nostri oppugna-  
tiones inconcussum adhuc tertium quo-  
que argumentum, quod quidem, præter  
adductas rationes, testimonij certain Ful-  
gentij, Cyrilli, Theodoreti, & Lutheri,  
an nobis probè munitum, suo ipsius cal-  
culo confirmat Antagonista, leq; omnia  
non tantum amplecti scribit, quæcunq;  
de discrimine naturarum cum idioma-  
tis suis in Christo doceat Amlingus: Sed  
etiam litis componendæ conditionem  
 fert: Si is (inquiens) è contrario accipe-  
ret, quod naturarum propria persona com-  
muni sint communia, lis inter me & ipsum  
esset composita. pag. 408. τέτοιο δὲ καὶ τοῖς  
κατηχεόμενοι δῆλον. Quid ergo respon-  
debimus, præter illud? Si quod loque-  
ris sentis, nec aliquid monstris alis, νεγάμ-  
μενοι τέτοιο, & composita lis esto. Vident  
iterum

iterum Concordiæ discordis. Subscriptores, se ipsos, non Anhaldinos à D. Ioanne Matthæo, qui totus iam noster est, hæreseos argui. Id quod innocentia nostræ, & reliquorum, qui nobiscum orthodoxè sentiunt, testimonium perhibet ut luculentissimum, ita gratissimum, & longè maximum.

In quarto argumento concedit, *specificam differentiam*, græcis *εἰδομένην* diaφορὰ dictam, qua singularis illæ à ceteris tribus præsentia Dei gradibus, seu modis discernitur, *in reali, siue physica idiomatum Deitatis cum carne participatione*, nequaquam esse querendam. pag. 412. 417. 422. Eo ipso igitur Anhaldinis nolens volens astipulatur, & gregalium suorum hærefiarchæ contradicit, cuius commentum hoc esse constat, etiam D. Heshusio teste, quod differentia vñionis hypostaticæ specifica ex reali ista idiomatum in Christo communicatione pendeat.

Immò sibimet aduersatur D. Ioannes Matthæus, quando *rem ipsam cum declarat*

*SECVNDA DEFENSIO.* 97

declaratione sua, uno (vt scribit) differentia specificæ nomine dignatur; nihil ea in re peccari certo sibi persuasus scilicet.

pag. 411. Etsi autem Anhaldinorum Syllogismum, quem scopticè Amlingicum vocat, miris calumnijs nunc hoc nunc istuc detorquet: tamen eandem sententiam alijs tantum verbis (ne vide- licet indisertus ac parum eloquens vide- atur) conceptam repetit, probatque.

pag. 429.

Ceterum *commodiora se vocabula*, quam ea, quibus vritur, de communica-  
ta nimirum carni in Verbo, ad commu-  
nem usum & effectum, idiomatum Dei-  
tatis possessione, non habere, & cum for-  
mula Concordiae (quod est τὸ ἡ̄ δέχην αἴ-  
ταν) ita loqui causatur: pag. 414. 440.  
Quasi vero præter sacram Scripturam,  
cuius θεοτοκοῖς ὑγιαγνόντες λόγων ab  
ista κενοφωνίᾳ ή νομοφωνίᾳ planè di-  
screpant, vniuersa orthodoxa antiquitas,  
quæ istarum nouitatum prorsus fuit i-  
gnara, non satis commodè de hoc sacro-  
lancto mysterio differuerit.

H

Quid?

Quid? quod à preceptorum Lutheri & Philippi doctrina minime recessisse videri vult, pag. 450. in quorum tamen scriptis monstra ista mirificarum phrasium nusquam occurunt. Constat autem ipso Luthero teste, mutato dicendi genere, mutari sicut genus dicens. Et quid quæsto iij, quos ex Academia deturbârunt; diuersum à corpore doctrinæ Philippi, in quo medulla scriptorum Lutheri comprehensa est, professi sunt, aut profitentur? Quid vero est fumos vendere, aut lectori præstigias offundere, aut quid potius Deo & hominibus illudere est, si hoc non est; quod doctrinam de communicazione idiomatum à preceptoribus traditam ex schola VVitebergensi exauthorasse (vt Antagonistæ verbis utar, pag. 462.) videri nolunt, cuius tamen fidos assertores proclaimant Sacramentarios, Arianos, hæreticos, Scythis denique & Turcis longè deteriores, planeque indignos (proh dolor) qui Solem aspiciant? Hæc tu Christe Iesu, conniuente Magistratu,

*SEGUNDA DEFENSIO.* 99

fratu, audis, vides, intelligis. At tu Domine usque quò?

Quām vafrē autem illud eludere conatur, quod in Defensione Anhaldina extat? pag. 112. humanam naturam non accepisse, ut seipsum sustentaret, nedum ut omnia, sicut Verbum τὸ ἐνταπ τῆς δυνάμεως αὐτῆς (id quod in ipsa etiam Unione soli diuinæ naturæ Christi competit, humanæ neutiquam) sustineat, tueretur, alat. Cum enim hoc negare non ausit Antagonista, qua fronte illud excusauerit, quod *humanitatem iam olim in Christo Deitati, non quidem essentia, sed essestia; non essentia, sed potentia; non natura, sed gloria; non substantia, sed maiestate exæquarunt ij,* quorum verba (nisi nos animus fallit) non nominatis etiam autoribus facile agnoscit?

At enim (respondeat) *hæc non infirmitas, sed maiestas est humanæ naturæ in Christo, ut non per se in propria persona subsistat, sed in V E R B O.* Pag. 416. Quomodo ergo non ad eius-

dem maiestatem potius, quam imperfectionem referendum erit, esse potentia, scientia, & proprietatum reliquarum circumscriptione, seu finitate, assumentis Verbi immensitati, ut creaturam Creatori inæqualem? Quomodo non virtusq; in Christo naturæ maiestatem & gloriam obscurant magis, quam illustrant, qui absurdissima sophistificatione, naturas inter se diuersissimas (creaticem, inquam, & creatam) & potentia, maiestate gloria, scientia denique, & omnipræsentia exæquant? Cum præsertim immensitas vel exæquatio creaturæ cum Deo, non sit eius perfectio, sed destructio; non eius gloria, sed ignominia.

Sicut enim propriissima Dei gloria, & perfectio, quam passim sibi in Scriptura vendicat, est eius super omnes res creatas eminentia: ita creaturæ perfectio & gloria est, infra Deum ea esse conditione & excellentia, in qua Deo placeat, & illum assequi finem, ad quem condita, & ordinata est. Propria autem Filij

Fili⁹ Dei gloria est, quod ex immensa misericordia & amore erga genus humānum, voluit in unitatem suæ personæ assumere, & in aeternum in ea gestare massam nostræ naturæ, quanquam summa gloria ornata⁹, tamen Deitati suæ non æqualem: atque ita fieri seipso minor, ut nos omnibus creaturis maiores efficeret. Hæc nulla vñquam sophistica eueri poterunt. Eo ipso igitur, quod humana natura seipsum non sustinet, sed in hypostasi omnipotentis Verbi assumta est, demonstratur satis firma ad probandum consequentia, eā ne in Verbo quidem (extra enim Verbum nihil est, vt cum scholis loquamur, negatiue) esse omnipotentem, omnisciam, vbiique, vt hactenus Flaciobrentianorum hæresis furiose contendit. Hominem vero Christum omnia sustinere, tueri, & aere, extra controversiam est. Hoc igitur probando, & illud improbando, vel saltē concreti & abstracti terminos, hoc est, naturam Christi humanam cum homine Christo confundendo, quid facit D. Io-

annes Matthæus aliud, quām vt semet ipsum cum Pandoræ tam subscriptori bus quām autoribus confundat, & An haldinos orthodoxam defendantes reli gionem confirmet?

Multa in Antagonistæ pagellis scien tes præterimus, quæ, ad huius præsertim argumenti refutationem, nimium otio suo abutens cumulat, partim à scopo alienissima, partim extra omnem con trouersiam posita; in quibus tamen pl erisque, ne nihil respondisse videatur, ita sibi placet immoranti, vt oboriri suspicio lectori possit, quales nam sint tandem, quos iste exagitandos tanta ver borum amarulentia sibi proposuerit. Sed defensionis Anhaldinæ collationem cum ista dicacissimi declamatoris ~~argumenta~~ prudenter instituenti, facile et iam nobis tacentibus quid verum fal sumq; sit planum fiet: vt inepte facturi videamus, si ad singulas istius digres siones respondeamus.

Illud saltem hīc percontari libet, quā nam conscientia impugnare ausit, quōd vnam

vnam eandemq; in Christo hypostasin  
 illam æternam, & Verbi, hoc est, secun-  
 da personæ Trinitatis, quæ est ipse Filius  
 Dei, propriam, utriusq; naturæ esse hy-  
 postasin scripsimus; pagina Defensionis  
 nostræ 126. diuinæ quidem, ut connatu-  
 ralem per naturā; humanæ verò, ut con-  
 fidentatæ (*ουυφεγηνίας*, secundum  
 Damascenum lib. 3. cap. 4.) per vniōnis,  
 non realis alicuius participationis, gra-  
 tiā? Si explodendā esse hanc sententiā  
 iudicat, in disputationibus præsertim: cur  
 eandem in thesibus suis ex Damasco  
 collectis, quibus omnia, quæ in formula  
 Concordiæ de persona Christi dixerun-  
 tur, ex fundamento euertit, aboletq;, tanq;  
 normam doctrinæ orthodoxæ repetit? Quèd  
 aut̄ Verbi hypostasin Amlingus  
 naturæ assumtæ cōmunicarā esse simpli-  
 citer negārit vñq;, negetuē, id ex abun-  
 dantia cordis sui scriptitauit disputator,  
 cuius vanissima vanitas, à qua tamē alien-  
 nus vult haberi, vel inde estimetur, quòd  
 pagina Defens. Anhaldinę nona prorsus  
 contrariū disertis verbis extat assertum.

Qualem verò compositionem tandem  
in Christo fingat homo fanaticus, quan-  
do ne id quidem ferre potest, quod, licet  
post vnionem vna eademque utriusque  
naturæ in Christo hypostasis sit, non ta-  
men partim humana, partim diui-  
na dici eadem recte possit, sed diuina  
tantum, hoc est, Dei Verbi propria, ne  
videlicet se ipfa per incarnationem vel  
perfectior facta esse, vel ante incarna-  
tionem imperfectior fuisse videatur (mi-  
nor enim se ipso factus per incarnatio-  
nem, naturæ nihilominus suæ & perso-  
nalitatis non amisit perfectionem) hæc  
cum in dubium vocet disputator, qua-  
lem tandem ex Christo, quem ~~surget~~  
esse minimè infitiamur, hypostasin sibi  
fabricet, vel hinc colligat prudens le-  
ctor, quod etiam à Moguntiniis Theolo-  
gis annotatum est, ubiquitatis patronos  
non sine dolo voce personæ abuti pro i-  
psis naturis in Christo coniunctis, ut ter-  
tium aliquid ex vtraq; conslatum haud  
obscure comminisci videantur, contra  
vulgatissimam (vt illorum verbis vtar)  
schola-

scholarum, totiusque orthodoxæ antiquitatis doctrinam.

Ad cauillationem verò, quod aliud sit sustentari in λόγῳ, vel à Logo; & aliud in eo subsistere, siue personari, & (ut sic loquamur) individuari, pag. 440. respondemus breuiter & perspicuè: Esti sustentandi verbum nude possum de primo gradu præsentia Dei usurpat, acceptione generali idem ferè significans, quod Græcis est Φέρειν καὶ αὐγεῖν: tamen in hoc mysterio longè aliud significat, nec ponitur nude, sed vitandæ ambiguitatis gratia habet additam differentiam, ut sustentari in Verbi persona, sit idem, quod Græci significantius dicunt, εἰ τοῦ λόγῳ ἡ φύσις εἴη. Id quod Scholastici magis etiam barbaris vocalibus sustentificationis & suppositiōnis expresserunt, quæ ipsis nihil aliud significant, quam personalem naturæ dependentiam terminare. λόγῳ enim, teste Damasceno lib. 3. cap. 2. factus est hypostasis suæ carni, eiq; in seipso præbuit ὑπορξίν, id est, existendi rationem.

Hs Et

Et hinc eandem ἐνώσεων dici ait idem scriptor, in Dialect. cap. 42. & 44. propterea quod ab altera hypostasi assumta, in ipsa suam habeat existentiam. Solius enim huic massæ assumtæ τὸν υπαρξίαν, καὶ τὴν θεότητα ἐνώσει γνωσθεῖσαν, secundum Athanasium: Hoc est, Iphius carnis existentiam in ipsa unione Verbi designamus. Dial. 3. & 4. de Trin. Vnde veteres rotundè & eleganter dixerunt: ἀπαρθόντος, ἀπαρθεόντος θεότητος. Hæc eminē elidunt aduersarij nostri calumnias, quasi primum & quartum præsentia DEI gradus confundamus.

Cum autem hoc inuentum sibi vendicet, & singulare ingenij sui acumen ostentet in eo, quod alia sit ratio naturæ assumtæ per se, alia in Verbo considerata: opponamus eidem, præter cognata iam antea orthodoxorum veterum Φηρίουαν, grauissimam illam ex edito lustiniani decerptam sententiam: *Humana Christi natura. P E R S E A B S O L V T E* nunquam dicitur: quia nec subsistentiam, seu personam habuit,

*SECVNDA DEFENSIO.* 107

*buit, sed in subsistencia Dei Verbi initium, ut esset, accepit.* Hæc ille.

Considereret nunc lector responsonem præuaricatoris ad obiurgationem pagina Defensionis nostræ 133. ex Antagonistarum hypothesi extractam, qua vniueniem hypostaticam duarum in Christo naturarum, exassertione Domini; Data est mihi omnis potestas, per realem scilicet, quam fingunt, idiomatum communicationem, quod negare non possunt, & si negent, prolatis in medium scriptis iplorum, quæ in promtu sunt, conuinci possunt, sic explicârunt hactenus, ut Deitatem Verbi assumptis datricem, seu communictricem, assuntam verò eorum, quæ data sint, hoc est, omnium Diuinitatis idiomatum receptricem assarent. Vnde indissolubili consecutionis nexu inferri posse ostendimus, vel inter Patrem & Filium (is enim huic omnia in manus tradidit, qui etiam à Patre potestatem omnis carnis sibi traditam reuera accepit)

accepit) vel inter Patrem, & mediatoris carnem (siquidem naturæ assumtæ, non personæ missæ omnia tradita esse contendunt) vñionem hypostaticam factam esse.

Id verò peracutus iste Dialeticus, vel logicus potius ( $\lambda\circ\gamma\circ\iota\circ\alpha$  enim Græcis nugæ sunt, neque iste tanto haētenus conatu aliud præsttit, quām vt  $\lambda\circ\gamma\circ\kappa\circ\tilde{\iota}$ , hoc est, nugatoris nomen inde abstulerit) cum soluere non posset, falsa derisione eleuandum putauit. Consequentiā enim à baculo ad angulum valere nugatur. pag. 445. Verūm cum aliud sit Lucianicum  $\epsilon\mu\omega\alpha\gamma\pi\tau\beta\circ$ , aliud disputationem agere, obiectionem illam etiamnum vrgeimus, nec nisi explosa Vbiquistarum, quæcunque Christo in tempore data sunt, ad solam carnem restrinquentium, matæologia, illius consecutionem negari posse clara voce profitemur. Hæc cum ita sint, remissis iam leporum & facetiarum patri scommatis & cauillationibus, quas variè hoc loco miscet D. Ioannes Matthæus, ad reliqua

qua deinceps argumenta properamus.

Quartum igitur argumentum, ut ab Amlingo est propositum, atq; enunciatum, Antagonista ipso teste & iudice, fixum adhuc consistit, & immotum. Atq; cum hoc pag. 448. & 449. recte illis opponi profiteatur, qui proprietates naturarum in Christo sibi inuicem, vel inter se communicari reali participatione docent: nobis etiam tacentibus lector non crudis prorsus atq; obtusus agnoscit, contra suos istum gregales testimonium dicere, & suffragari Anhaldinis, qui nunquam improbarunt, aut inficias iuerunt, quod propria naturarum (vt Antagonistæ habent verba: pag. 449.) ambaram, vnam communem personam habentium, communia sint, non sibi inuicem, vel inter se, sed vni eidemq; personæ, quam communem habent. Verum huic assertioni totum libri Concordiæ & Apologiæ Erfurdenfis chaos repugnat.

Ad quintum argumentum quod attribut, fatetur vltro disputator, negari non posse,

posse, argumentum illud, quod Amlingicum vocat, tametsi hoc non Amlingi, quæ nulla est, autoritate, sed totius orthodoxæ antiquitatis cōsensu nititur, inuictam esse demonstrationē contraphysicam idiomatum nowawian, qua videlicet Deitatis idiomata naturæ Verbi assumta reali participatione tribuuntur.

Illam igitur communicationem cum non detrectet laruam Diaboli appellare, & suis gregalibus adeò contradicat, ut inter naturas nullam omnino admittendam esse communicationem clamitando, pag. 476. longius ab ipsis, quam probari, nedum postulari à nobis posse iam antè ostendimus, recedat; communicationem autem idiomatum realem dici contendat, non quidem naturæ humanae, quasi illi omnipotentia, omniscientia, seu omnipresentia, reali participatione communicata sit, sed potius solius persona incarnata respectu: quia videlicet realiter, id est reuera, siue in rei veritate (vt loquitur pag. 477.) persona illa incarnata, hoc est, filius Mariae, seu homo ille Christus

## SECVNDA DEFENSIO. m

*Iesus Iesus est omnipotens, omniscius, ubique: Hæc, inquam, cum ita se habent, nihil etiam hic inter D. Ioannem Matthæum, & Amlingum dissensio- num relinquitur, quin potius Amlin- gus grato pectore ac voce pro victoria, veritati Anhaldinæ ipsius etiam Antagonistæ suffragio comprobatae, benigne concessa gratum Divinorum Deo vi- ctori canendum arbitratur.* Βιάζεται γὰρ τὸν ἀληθίας θεόν δύναμις, καὶ τὴν ἀγανάκτιον μαχομένων τοῖς πάροις αὐτῆς λεγομένην οὐ- σεῖσθαι: secundum Theodoretum, in fine Dialogi secundi.

Quòd verò de formula Concordiæ & primis eiusdem compilatoribus scribit, nullam istos ubiquitatem carni Christi attribuere, neque membrorum symmetria naturam Christi assumptam exui, tametsi statuatur, non minus quam Verbi assumentis Deitas, rebus omnibus præstò adesse, adeò ut Christi etiam secundum humanitatem plena sint omnia scilicet; id verò neque doctissimo inter Pandoræ subscriptores Heshusio persua-

persuadebit, neque nobis fidem fecerit. Et circumfertur Cracouij impressa de Apologia cuparia D. Chytræ ac ceterorum Megapolensium Theologorum censura, isti assertioni nimis liberali ex diametro repugnans. Manebit ergo Vbiquista, donec in Vbiquistarum castris militare perrexerit, D. Ioannes Matthæus: Aut, si vbiquitatis dogma seriò nobiscum (ut verbis præse fert) auersatur, bardos, & stupidos esse oportet, qui non olfacent, *τόνχ' ἔτεσσιν κένθειν μὴν τὸν οὐρανόν Φρεστίν, ἀλλοτε βάζειν,* secundùm Homerum. Iliad 1. Odyss. 5. Præsertim, cum non ita pridem eum in publica disputatione cuidam afferenti (voce quam pia, ipse viderit) corpus Christi non tantum in cœna, verùm etiam (horresco referens) in cœno adesse, magnopere gratulatum acceperimus de tam aperta scilicet & sincera confessione. Sed versipellis iste paulò post in prandio ab amico quodam compellatus: Quānam fronte, quōue animo propositionem tam impiam propugnare posse:

posset: Mi Domine, respondit, hæc animo non serio publicè à me dicta sunt. En tibi VVitebergensium disputatorum dignam Theologis grauitatem. Sed de hac plura dicere non est necesse.

Vbiq[ue]stas autem genus docendi, & phrases multoties mutasse & variaſſe (id quod etiam Monophysitarum hæſeti moris fuisse conſtat) audacter negat D. Ioannes Matthæus, quaſi non in manibus ſint varia iſtius ſectæ, & ſemet ipsa deſtruuentia ſcripta. Id quod vel hinc aſtimet prudens lector, quod initio transuſionem, & effuſionem idiomatum Deitatis, adeoꝝ totius plenitudinis Dei in carnem, ex professo defenderunt, cuius tam crassæ, ac robustiorem, quam amicus noster eſt, interpretem requirentis locutionis, pudere iam illos cœpit.

Atque ijdem etiam carnem affumtam in ſe habere omnia, clamitarunt, Quæ Deitatis ſint propria: quod D. Ioannes Matthæus iam reiſcit: uſus ipſem participationis voce pro idiomatum *κοινωνίᾳ*, quod iam factum nolleſt. Immo

I. parti-

114 ANHALDINORVM  
participationem omnem naturarum &  
proprietatum inter se, voce & scripto re-  
iijcere & damnare se profitetur: pag. 462.  
formulam nihilominus Concordia cum  
Apologia se per omnia sequi iactans:  
pag. 461. Tam belle sibi ipse constat  
Proteus iste Theologorum.

Triplex communicationis idioma-  
tum genus finxit initio Chemnicius,  
quod portentum non ita dudum Anno  
nimis 82. 5. Octobr. Ienæ in publica  
disputatione de Euangelio, thesi 46. de-  
fendere conatus est D. Balth. Sartorius:  
cum in formula Concordiæ tantum fiat  
mentio triplicis prædicationum generis.  
Abstractiæ de carnis Christi omnipot-  
tentia, omniscientia, & omnipräsentia lo-  
cationes defendit Apologia Erfurdesis,  
quas D. Ioan. Matth. ad Orcum relegat.

Declamitatum est hactenus, negantes  
corporis Christi ubiquitatē esse intus &  
in cœlo Zwingianos, quam tamen chi-  
mæram ne quidem Antagonista noster  
tolerate sustinet. Verba cœnæ propriæ  
acciéda esse, nemo hactenus inter Lu-  
theranos dubitauit, quod orthodoxi cō-

## SECVNDA DEFENSIO. 115

sensus refutatio non ita pridem in lucem  
edita pernegat: plurib. nimirum in locis  
hanc defendens sententiam: Nunq; Lu-  
theranorum quenq;; quod ipsis constet,  
vel docuisse, vel scripsisse, quod verba  
sacræ coenæ (*HOC est CORPVS MEVM,*  
&c.) simpliciter & ppriè sint intelligēda.

Ascensionem in cœlum esse meram  
disparentiam, qui nam publicè professi  
fuerint, non ignotum est. Phrasin illam  
nimis horridam mutarunt hactenus, sen-  
sum non mutarunt. Sed quid in re ma-  
nifesta moram neglectus?

Corpus Christi diuersæ à nostro spe-  
ciei esse, quod contendit Flacius, nobis-  
cum impugnat D. Ioannes Matthæus:  
qui tamen illud ipsum cum nostris cor-  
poribus in eadem arbore substantiæ seu  
tabula prædicamentali contineri perne-  
gat; in gratiam nimirum suorum colle-  
garū, qui definitione diuersum à nostris  
corporibus corpus Saluatoris esse fin-  
git; ac veritus fortassis, ne ab Apologie  
Erfurden sis autoribus dissentire videa-  
tur, qui corpus Dominicum propter

vnionem cum Verbo hypostaticam ex arbore Porphyriana (quam per contemptum sic vocant) excludunt. Quibus nos respondemus: Etsi donorum illud & prærogatiuarū gradibus, ac numero, inter omnes creaturas excellentissimum est: tamen & natura sua corporea, est inferius angelica, quæ merè spiritualis est: & ut corpus hominis, licet anima rationali animatum, non minus tamen aut magis, quam corpus rei siue inanimatæ, siue brutæ, est, manetq; substantia; ita etiam corpus Seruatoris, licet Verbo hypostaticè vnitum, est tamen, manetque substantia visibilis, palpabilis, circumscripta, non magis aut minus, q; nostra corpora: nisi forte & Domini ipsius definitioni, quæ extat Lucæ 24. reclamare, & corporis assumti cum nostris ~~omniorum~~ in dubium vocare, aut certè caput, pedes, manus, & cetera Christi membra, ex articulo creationis excludere, adeoque ipsum cœnæ Dominicæ mysterium, in quo nos vero corpore, non umbra, aut phantasmate corporis, & sanguine vi-

ctimæ

simæ pro nobis in ara crucis immola-  
 tæ paci credimus, ac profitemur, fundi-  
 tus euertere, hoc est, aperto Marte in  
 Eutychianorum, Docetarum, Valenti-  
 nianorum, Theopaschitarum, & Mo-  
 notheletarum castra transire libeat.  
 Quanquam enim (vt hoc obiter adda-  
 mus) ratione vñionis ðuarum natura-  
 rum hypostacicæ, Christum cum Dama-  
 sceno lib. 3. cap. 3. tam à Patre, & Spi-  
 ritu sancto, quam à matre, & nobis o-  
 mniibus differre profitemur: tamen ra-  
 tione distinctionis naturarum ( $\tau\gamma\eta\sigma\tau\omega\tau\mu\tau\delta\sigma\tau\alpha\tau\omega\tau\lambda\gamma\omega$ ) Φαῦλῷ σωάτεραι ðυτὸν  
 τῆς ἀρχῆς. Secundum enim diuinitatem,  
 Patri, & Spiritui sancto: Secundum au-  
 tem humanitatem matri, & nobis est  
 consubstantialis. Nec alia in Christo  
 corporis veritas est, quam in nobis.  
 Quomodo igitur non in eadem nobis  
 cum arbore substantiæ, hoc est, in eo-  
 dem articulo creationis comprehendend-  
 tur? Cetera, quæ in quinto arguento  
 cumulantur, κρησφύγεται, cuius sunt fari-  
 na, vt cuius vel mediocriter saltē ortho-

doxæ fidei elementis imbuto palam faciant, nihil habuisse disputatorem, quod in Anhaldinorum doctrina notaret. Super sedebimus igitur hoc labore, ne omnibus tricis, quib. te oblectat, soluendis aut diluendis, operā simul oleamq; perdamus.

Fatetur vltro, quod nunq; non profensi sumus: *Propria naturarum in Christo ne quisquam inter se communia fieri (hoc enim qui doceat, bis stultum esse, pag 472.) Sed diuersarum naturarum propria uni persona communicari.* Id ergo qui serio & ex animo nobis concedit, an non omnia concesserit?

Quod autem tria ista aduerbia (*verè, substancialiter, realiter*) in negocio cœnæ synonyma (vt loquitur, *πλυάρυμα rectius dixisset*) hoc est, vocabula æquipollentia esse (vt sunt) concedit: in mysterio Verbi incarnati negat, pag. 472. 473. ijs conciliandū relinquimus, quibus nulla religio est, vnum idemq; diuersis in fidei Christianæ articulis simul verum & falsum esse, & sibi & alijs persuadere. Nobis sane haudquam persuaserint, qui

*SECVNDA DEFENSIO.* 119

qui hebetiores nos esse fatemur, quam  
vista plus quam Seraphica affequamur.  
Nam verum vero pro nostra simplicitate  
semper consonum esse statuimus.  
Proinde quod in vna doctrinæ Christianæ  
parte verum est, idipsum in nulla  
falsum esse posse constanter credimus.

Quid verò si illud hic attexeremus,  
quod per inuersionem propositionis,  
quam pag. 349. rectè scribit esse catholi-  
cam, & veram, ex qua certissima de-  
monstratio extrui possit firmissima qui-  
dem consequentia, sed falsissimo sensu  
concludimus? Vbicunque videlicet re-  
ale & essentiale differunt, ibi essentiæ  
esse identitatem, & personarum non  
essentiale, sed reale discrimen: sicut est  
in mysterio Trinitatis. Hoc enim καθο-  
λικὸν ἀξιωμα totidem nobis verbis præ-  
scripsit Antagonista, ignosci sibi petens,  
quod Amlingum doceat οὐλογίζεσθαι.

Affumimus igitur, facturi profectus  
nostris in schola noui Doctoris pericu-  
lum, ut sequitur: In mysterio Verbi  
incarnati reale & essentiale differunt.

Sic enim sentit D. Ioannes Matthæus, propugnans realem in Christo communicationem idiomatum, impugnans physicam.

Ergo nolit velit, in mysterio Verbi incarnati, simul cum Eutychē ~~non est separatio~~ tolleret, & cum Nestorio statuet ~~non est communio~~ sutor. ὅπερ εἴδει δῆλον. Ex maiore enim illa, quæ catholica, & vera est, certissimam demonstrationem extrui posse, Antagonista ipse fassus est. Aut igitur consequentiam recte inde extructam concedat oportebit: aut, si tergiversetur, minorem nobiscum rejicit: atq; ita, in mysterio Verbi incarnati reale & physicum non different, sed potius physica idiomatum communicatio simul cum reali vel asserenda, vel damnanda erit. Non est dedecus discipulo profiteri, per quem profecerit. Agimus ergo gratias D. Ioanni Matthæo, materialm & argumentum nobis suggestenti ad noui extictionem Syllogistici, quo realem, hoc est, physicam idiomatum communicationem posthac impugnemus.

Ex

Ex eiusdem autem axiomate deinceps sic quoque argumentari nos recte posse confidimus. Vbi essentiæ est identitas, & personarum non essentialie, sed reale discrimen (sicut est in mysterio Trinitatis) ibi REALE & ESSENTIALE differunt.

Ergo, vbi non est essentiæ identitas, & personarum reale discrimen (vt in mysterio Verbi incarnati) ibi REALE, & ESSENTIALE non differunt. Valet proculdubio consequentia ex loco à contrario sensu, cum utrinque subiectum & prædicatum sint paria.

Quod autem excipit Antagonista  
pag. 349. 350. in Verbo incarnato manere  
διονοσίον diuinæ naturæ cum Patre, &  
spiritu sancto, οὐ γά το επειδόστερον ab u-  
triusq; illorum υφισαμδυώ realize distinctum, &c. Paralogismus est secun-  
dum plures interrogations, nihil ad  
rem faciens. Nec enim, vt se habeat  
Verbum ad Patrem, & Spiritum san-  
ctum, sed vt se habeat ad naturam assu-  
tam, quæritur. Quid verò status causæ

toties variatus, præterquam malæ causæ  
contra conscientiam patrocinantium  
~~autem gratianorum~~ prodit? Præsertim cum  
pag. 39. vltro fassus sit, respectu naturarum  
in persona Christi, communicationem  
idiomatum realem à physica nihil differre.  
De hac igitur sola (non de illa, qua utriusq; naturæ idiomata vni eidemque per-  
sonæ cōmunia sunt ut realiter, ita etiam  
essentialiter, per gratiā nimirū vniōnis)  
cum disceptemus, quorsum dedita ope-  
ra litem extrahit? Siue enim (quod o-  
mnes hactenus Vbiquistæ fecerunt) re-  
spectu naturarum communicationem  
idiomatum realem propugnet aliquis,  
nihil eam à physica differre, vltro (quod  
res est) fatetur D. Ioannes Matthæus,  
~~camī~~ nec de catholica fide, nec in rerum  
natura esse, in ipso libelli sui exordio  
pag. 1. scriptitat: siue eandem respectu  
personæ dicamus realem, quòd re vera  
vni eidemque hypostasi utriusq; naturæ  
idiomata insint, constabit iterum vna-  
nimi omnium rectè sentientium con-  
sensu atque iudicio, nihil præter nomen-  
clatio-

elationem à physico differre reale: nisi forte filium Mariæ, qui realiter simul est Deus, adeoque omnipotens, omniscius, vbiue, non idipsum τῇ Φύσει esse somniet disputator; ut eadem nimirum ratione filium Dei, qui realiter simul est homo, adeoque mortalis, id ipsum τῇ Φύσει non esse concludat. Quod quam sit absurdum, etiam catechumenis non est ignotum.

Porrò Görlitianæ orationis autorem cum Amlingo in eodem luto hærere calumniatur, quem tamen nihil à præceptorum Lutheri & Philippi doctrina de communicatione idiomatum dissentaneum sentire manifestum est. Quod si ergo in toto suo tractatu, ab corundem præceptorum doctrina nihil proposuit, aut defendit D. Ioannes Matthæus alienum, vt iactat pag. 462. hærebit in eodem nobiscum luto, atque de exhortatione (hac enim voce delectari illum videmus) non minus, quam ij, in quorum ut vulpes intrauit nidum, quibusque quia est Πηλοχορεγανία, ne quiter insul-

insultat, si quando coram Harmostarum tribunali causa cognoscetur, periclitabitur: nisi, quod insolens istis hominibus non est, παρωπολημάς agere voluerint.

Extat autem altera ibidem edita oratio de Synodo Ephesina, aduersus Nestorij blasphemias. In eadem sece, tanquam in speculo, (si libet) contemplari poterunt Vbiquistæ. Quod si Anhalдинorum fidem quasi in tabella descriptam cognoscere voluerint, perlegant eiusdem orationis calci appressum Symbolum Antiochenum, aduersus Paulum Samosatenum, cuius nepos Germanus Nestorius fuit, auique sui impietatem instaurauit. Etsi autē alijs coloribus suum dogma pinxit Eutyches; tamen Phil. Melanchthon, cuius nomen perpetua reuerentia dignissimum est, lib. 3. Chronicorum, idem cum Samosateno illum voluisse, haud abs re suspicari scribit.

Quām verò illud argutum est?  
*Personā Verbi est illocalis. Corpus Christi  
 subst.*

subsistit in persona Verbi. Ergo etiam corpus Christi, propterea quod in persona illocali subsistit, praesens est personaliter, salvo localitate sua naturali, ubi cum persona, in qua subsistit, praesens esse affirmatur, ne videlicet Christus alicubi Deus sit, ubi non sit homo. pag. 469.

Quis haec audiens, Dominum Ioannem Matthæum ab Vbiquitariorum hæresi non absoluat scilicet? Cur non eadē ratione sic argumentatur? Persona Verbi infinita, æterna, & increata est. Corpus Christi subsistit in persona Verbi. Ergo etiam corpus Christi, propterea quod in persona Verbi infinita, æterna, & increata subsistit, salvo veri corporis modo, personaliter infinitum, æternum, & increatum est.

Pag. 471. humanam naturam, ne quidem in λόγῳ, idiomata Deitatis in se recipere fatetur. Falsum sit ergo necesse erit, quod Anno 80. VVitebergæ disputatum est, thesibus sectionis primæ 176. & 296. naturam Christi assūmtam realiter omnipotentem esse τῷ ἔχει, naturam

naturam autem diuinam τῷ εἴρου. Aut, si realiter omnipotens est caro Christi, erit etiam realiter Deus. Atq; ita Eutychismus stabilietur, cùm nulla sophistica καρδιολογία illud negari, aut euerti possit, quòd nihil præter Deum realiter omnipotens sit. Simile huic est, quod pag.

**476. διαρρήσης** affirmat, assumtam naturam nec per se, nec per accidens, in se habere aut possidere diuina idiomata. Collabatur ergo atque concedat illud oportebit, quòd hactenus inter omnipotentiam Verbi, & naturæ assumptæ distinxerunt, ut inter χάρισμα, καὶ ιδίωμα, quorum hoc στοιχεῖον sit τὸ λόγος, illud στοιχεῖον τῆς σπερματού.

Personam deniq; Christi commune esse subiectum utriusq; naturæ proprietatum, perpetuò clamitat. Quod si ἀπόλοις ita accipimus, res non carebit dolo. Sic enim utriusq; naturæ idiomata sustinet Verbi incarnati ψυχήν, ut tamen inter idiomata personalia, & essentialia discrimen maneat, nec ipsarum etiam naturarum proprietates in aliquod tertium coalu-

coaluisse dici possint. Ideoque propositiones concreti per ἀνάλυσιν in abstractius resolutæ, suam cuique naturæ proprietatem assignant, ut, licet homo Christus reuera sit creator cœli & terræ, non tamen propterea humanitas creatura esse desinat. Sic ergo hypostasis Christi, siue ab alterutra, & quidem diuersa, siue ab utraque natura denominata, utriusque naturæ proprietates recipit, ut nihilominus suam, cuilibet idiomati naturâ, tanquam proprium subiectum, cui hoc vel illud idiomâ reuera competit, aut inhæret, subternat.

Restat sextum argumentum, cuius conclusionem verissimam esse, etiamnum clara voce profitetur Antagonista:  
 pag. 478. 479. Quid ergo habet quod carpat? Ut veteri Græcorum verbo, & λέπει ποτὲ οὐ φίλοις (qualem istum esse Mosthansij cognomentum à Studiosis ipsi indutum alicui persuaserit) μήτε φιλονέκω μάχη, suo exemplo fidem faciat, finit

fingit sibi, quas refutet, ne conuictus obmutuisse videatur, opiniones, sed tam absurdas, ut Amlingo, ne per somnium quidem, illarum quicquam in mentem vñquam venerit.

Mariam certè ipsius Dei Verbi genetricem esse, adeò non negat Amlingus, ut cum non nisi in Verbi assumenis hypostasi natura illa, secundùm quam matri nobisq; omnibus homousios est, subsistat, ne quidem ex matre Christum, quà homo tantùm est, nasci potuisse existimet, id quod ex ijs, quæ instantanea vnione, pagina Defensionis nostræ 107. ex Thoma recitata sunt, manifestum fit. Neq; enim naturam illam nobis consubstantialem ~~avum sicutum~~, neq; in alia q; in Dei Verbi hypostasi, cui per vnionem ~~avum sicutum~~ facta est, virgo mater peperit, vt hoc nomine verè & propriè ~~Georōnes~~ sit, atq; prohibeatur.

Et quorsum tandem vniuersum illud ubiquisticum chaos, cum tota Ecclesia Oecumenica, ex fontibus Israelis, & orthodoxa antiquitate, impugnat Amlingus,

gus, q; vt Christum Iesum Christum, hoc est, ipsum Dominum gloriae pro nobis passum esse ratum maneat, qui in corpore completere cœlum & terram, hoc est, ubiquistico, nec capi, nec cruci affigi, nec occidi (nisi Φαντασίαν καὶ δόκησιν) potuisset, nedum vt victima pro nobis factus pabulum animabus nostris seipsum præbuisset?

Quām verò sancta illa (si Deo placet) Concordiæ formula cum Apologia, sit ab ubiquistico portento (quod Antagonista ipse, & verè quidem sic nominat) immunis, non est opus, vt à nobis iterum commonefiat. Requirat doctissimi inter subscriptores Heshusij, nec non D. Chyträi, & ceterorum Megapolensium Theologorum censuram. Illi consignatis pagellis demonstrabunt, quoties, quibusq; verbis ubiquisticum illud portentum in Concordiæ formula propugnetur.

Quod si Iesuitas audire poterit, hoc ipsum ex Apologia Cuparia ei demonstrabunt Theologi Moguntini, quorum

K dispu-

disputatio extat, dignissima quæ à patri-  
bus Bergensib. & eorundem astipulatorib.  
euoluatur, atq; si quid ὁ Θεός ἐγνώσκει ipsi  
proferre habent, monstrata falsitate re-  
fellatur. Dent igitur operam, ne verita-  
tem (vt Antagonistæ verbis vtamur,  
pag. 489.) reticentes, aut non defen-  
dentes, eiusdem violatores ὁ Θεός  
φάραω deprehendantur, vniuerso orbi  
Christiano εἰσεῖσθαι παραδειγματίζοντες.

Quod autem toties verbalem Am-  
lingo (nescio quam) Allæosin obijcit,  
vel vnicum illa assertione vanitatis mani-  
festæ conuinci poterat, quod nimis  
pagina defensionis Anhaldinæ 18. Δι-  
αρρήσθω scribitur; si verbale reali oppo-  
natur, vt vero commentitium, hoc est,  
merè imaginarium & phantasticum, cui  
nihil rei subest, sed quod vanis tantum  
titulis ludit; hoc (inquam) sensu adeò  
non impugnari ab Anhaldinis realem  
idiomatum cōmunicationem, vt realis-  
fimè realem, hoc est, veram, & cum re  
ipsa congruentē afferant; immò nihil in  
Christo, nisi quod verum nō sit, verbale  
esse

esse, ingenua & clara voce profiteantur. Eat nunc D. Ioannes Matthæus, & ab omni vanitate se alienum esse iactiter. Amlingo certè inficti à veterano (veteratorem enim appellare nolimus) tot colaphi, non minus quam in aduersa facie cicatrices fortiter dimicanti ὑπέρ ιερῶν τοῖων, vitio verti poterunt. Dum enim ille verberando, hic vapulando usq; ambo defatigantur, à vapulantis parte veritas interim fixa stat & immota, gratumq; Christo duci, atq; victori conuincior meditatur.

Quid? quod inter tot conuicia & probra, quibus homines innocentes afficit D. Ioannes Matthæus, maledictorum procacitati τὸν ὄγευν accumulando, etiam insultat ijs, quos penitus oppressos potius, quam superstites esse mallet, crassoq; id est, bene saginato boui sese comparat pag. 94. ne alienus ab eorum videatur caterua, de quibus apud Prophetam in agone Filius Dei lamentabili voce exclamat: Circumdederunt me boues multi, tauri pingues obsederunt me.

me. Verum enim uero si sapientia D. Ioannes Matthaei, posito supercilio mature tibi caueas ab illo, qui propediem te, non ut Marsyas Apollo, excoriabit duntaxat, sed excoriatum τὸν σοῦ σωδόλας τύποντα διχοτομήσει, καὶ τὸ μέρος μετὰ ταῦτα ποιητὴν θύσει. Matth. 24.

Recognitis hactenus sex illis argumentis, quæ Antagonistæ bilem mouerunt, restabat ut ad tabellam paradoxorum, ex eiusdem tractatu collectâ, accederemus, examinantes, breuiter, quænam in ipsis palliandis Φάρμακα adhibeat. Non minus enim scite, quam vere ab Euripide dictum est in Phœnissis:

ἀπλῆς ὁ μῆδος τῆς ἀληθείας ἐφυ,  
καὶ ποικίλων δεῖ ταῦτα χρηματικά.  
ἔχει γάρ ἀυτὰ ποιρὸν. οὐδὲ ἄδικος λόγος,  
νοσῶν σὺ αὐτῷ Φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Verum cum toties in verbalem nescio quam allœosin debacchetur, prius obiter saltem ex veteribus orthodoxis appellations nonnullas communiationis idiomatum, propter studiosam iuuentutem, ut non tam de quo eruditur,

tur, quām in quo confirmetur habeat, explicabimus, postea breuem subiectū synopsin Paralogismorum, & stropharum, phrasiumq; ab hypotyposi Scripturæ sacræ διαμεσῶν discrepantiū, & fœdissimè aberrantium, quibus se suosq; D. Ioannes Matthæus horribiliter fascinat, ac dementat.

*De varijs communica-  
tionis Idiomatum appellatio-  
nibus usu veterum rece-  
ptis & approbatis.*

Kοινωνίας igitur idiomάτων appellatiō-  
nem retinemus, non tantū quia usi-  
tator, ac familiariū nota est, verū  
etiam propter perspicuitatem. Est autem  
communicatio idiomatum talis enunci-  
andi forma, in qua idem prædicatum, al-  
terius vtrius naturæ Christi, siue diuinæ  
siue humanæ proprium, tribuitur per-  
sonæ ab altera natura denominatæ, a-  
deōq; diuersis subiectis (diuinam vide-  
licet simul & humanam naturam siue

K 3 impli-

134 ANHALDINORVM  
implicitè, sive explicitè significantibus)  
sit commune in concreto: sic tamen, ut  
alteri propriè καὶ ἀντὶ, vel ἢ ἀντὶ: alteri  
impropriè seu figuratè, καὶ τὸ ἄλλο, vel ἢ  
ἄλλο, competit, & attribuatur.

Qui subtilius ista rimantur, prædi-  
catum tantum volunt esse attributi no-  
men; qui verò simplicius & popularius,  
nomen etiam alterius naturæ proprium  
admittunt. Illi subiectū tantum nature  
alterius, & quidē à prædicato diuersæ; hi  
verò vtriusq; etiam naturæ οὐμάρινόν.  
Nec in re ipsa dissensio est, cum constet  
eadem ratione (videlicet, propter unita-  
tem personæ) Christo & nomina, & at-  
tributa tum Dei tum hominis compete-  
re. Vnio enim facit, ut naturarum &  
nomina, & attributa, communiter præ-  
dicentur de Deo & homine: nec possunt  
prædicari naturarum vel attributorum  
nomina altera sine alteris. Vnde etiam  
apud Theodoreum κειμόνηται ὀνομάτων,  
καὶ κειμόνηται ἴδιωμάτων non discerni vi-  
demus. Si Deus homo est, etiam mor-  
talis, creatus, circumscriptus est, & con-  
tra. Sic, si homo est omnipotens, & ter-

nus, &c. est etiam Deus, & contra. Et quidem vtrunq; codem sensu, & cādem de causa. Rursus: cum nomen mediatoris vel Christi, ab ipso officio, nō quidem alteri, sed potius vtriq; naturæ com- petente denominatam personam signi- ficer: certè mediator omnipotens & mortuus dicetur propriè secundūm v- nam, impropriè verò, id est, per com- municationem idiomatum, secundūm alteram naturam. Est enim omnipo- tens, non simul quā Deus, & quā homo, sed tantūm quā Deus est, καὶ οὐ πάτερ (vt Damascenus loquitur) ὁμοόποιος, ἀλλ' εἰ καὶ τὸ πάτερος ἐτέρος ἡ εὐφυε. lib. 3. cap. 18. Et mortuus est, non quā simul homo & Deus, sed tantūm quā homo est. Hoc tamen discrimine obseruato: in pronunciatis illis, Deus est mortuus, homo est omnipotens, expressam ac mani- festam: in his autem, Christus est omni- potens, Christus est mortuus, compræ- hensam & implicitam esse communica- tionem idiomatum. Nam, si mediator est omnipotens: Mediator autem non

nudus Deus, verum etiam homo est: sancte qui mediatorem omnipotentem dicit, hominem quoque omnipotentem dicit. Similiter quia mediator passus: mediator autem non merus homo, verum etiam Deus est; certe mediatorē passum dicens, Deum passū dicit. Neque n. mediatori tribui potest prædicatum Dei proprium, quin idē tribuatur homini: neque homini competens, quin tribuatur Deo. Atque ita in illis: Deus est passus, homo est omnipotens, communicatio idiomatum est simpliciter: in his vero, mediator est omnipotens, mediator est passus, communicatio idiomatum est, non ~~āπόλωλις~~, sed κατά π. Quia enim Deus, mediator est omnipotens, per se, & propriè, καὶ τὸ εἰατοῦ. Quia idem homo, omnipotens est mediator, καὶ τὸ ἄλλο. Eodem modo, quia Deus, mediator passus esse dicitur καὶ τὸ ἄλλο: Quia vero homo, mediator passus est propriè. Ergo huiusmodi locutiones, in quibus subiecti loco ponitur appellatio vtrique naturæ communis, de qua vel nomen, vel attributum alterius naturæ

naturæ proprium prædicatur, dici possunt partim figuratæ, partim propriæ.

Quod autem idiomatum communicatio alia sit realis, alia verbalis, rectè & facile refellitur per alia huic formæ loquendi indita à veteribus nomina, quorum aliquot recensemus.

Cassianus synecdochen appellat, quæ ad *κοινωνίας* idiomatum se habet, ut genus ad speciem. Et sic intelligatur Theodoreetus dialog. 3. quia, quod est proprium naturæ tanquam partis, tribuitur toti personæ, licet à diuersa parte seu naturæ denominatae, sed nomine concreto, id est, alteram partem seu naturam connotante, vel simul complectente, cuius naturæ prædicatum est proprium.

Damascenus lib. 3. cap. 4. manifeste inter tropos refert, & *ἀντίδοσιν* nominat, quasi dicas, alternæ attributionis modum. Tribuuntur enim humana Deo, & diuina homini Christo. Semper enim in subiecto personam notante intelligitur ea natura, cuius prædicatum est propriū, licet à diuersa natura subie-

Etum denominetur. Ut, cum de Christo loquens dico: Homo ille ubiq; est: intelligo quidem hominem Deum, sed nomine tantum hominem. Hinc locutio figurata existit, quia prædicatum competit quidem subiecto, verum secundum illud, quod mente subintelligitur, non secundum hoc, quod voce subiecti exprimitur. Cumq; sententia ad intellectum sit referenda, hinc etiam factum est, ut illam prædicandi formam nonnulli συνθετικού nuncuparint.

Περὶ ξένων ἀπὸ Δαμασκοῦ, qui primus hanc vocem in hac parte doctrinæ usurpauit, vix aliter, quam pro ἐγώ ip̄a positam inuenies, ad arctissimum videlicet illum & inseparabilem naturarum nexum significandum, qui communicationis idiomatum causa & fundamentum est. Et, sic quoque, pro ipsa nimirum vniōne & nexu, seu complexu naturarum mutuo, Damasceni Scholastes hanc vocem accipit, cuius regulam de cōmunicatione idiomatum, quæ illius enunciatio & consequens seu effectū est, memo-

*SECVNDA DEFENSIO.* 339

memoria dignissimam hīc lectori, quo  
melius ab Vbiquistarum strophis cauere  
sibi disceret, cominendandam simul du-  
ximus. Veruntamen (inquit) summopere  
est cauendum, ne ex huiusmodi alternae at-  
tributionis, seu proprietatiū alternationis  
permissione (quam idiomatum communica-  
tionem pleriq; nuncupant) ineptire perga-  
mus, & sacerorū eloquiorum metas trans-  
gressit, eas nec tamus propositiones, que ab-  
surdæ sunt, & prorsus impropriæ. Quan-  
doquidē in disciplinis, potissimum diuinis,  
non minus IMPROPRIA, quam FALSA,  
sunt rejicienda. Hæc ille, in cōmentarijs  
ad Damasceni caput quartū libri tertij.

Hanc phrasin communicationis idio-  
matum (qua etiam actiones & passiones  
dicuntur esse, immo reuera sunt totius  
personæ, seruata tamen vtriusq; naturæ  
proprietate) Cyrillus cum orientalibus  
in Epistola ad Acacium Melitensem E-  
piscopum, quæ tanq; gemma in tota hac  
controversia elucet, vocum Αγροφορα  
appellat: quod ea, quæ personæ in con-  
creto tribuuntur, per particulas *DISTIN-*

*CTI.*

*CTIVAS* ad suam naturā referātur: hoc  
est, quod per particulā distinctiū, & na-  
turā, naturarūq; proprietates discernan-  
tur: & tamen personæ vnitas retineatur.

Nazianzenus Πατέριζευχη appellatio-  
num, Theodoretus ἡγιαλλάγην ὀνομάτων  
vocant, eodem, ut appetet, sensu cum  
tropo τῆς ἀντιδόσεως apud Damascenum.  
Et est cur credatur, idē voluisse, q; ἀλλο-  
ωσεως nomen prīmi in hac parte doctri-  
næ usurparunt, quia sumitur aliquando  
αὐτὸς τῆς ἡγιαλλάγης. Obscurius tamen esse  
videtur, quia generalius est ἐπιμονή eius,  
& quia minus vfitatum, neq; sub initio  
repugnationis doctrinæ, præsertim ac-  
cedente certaminum puluere, & multa  
inuolente, atq; obscurante, omnia satis  
dextrè explicari & dici potuerunt.  
Quod si nulla vñquam ætas reperta fuit,  
quæ ab omnibus ἀκνεολογίοις prorsus  
esset immunis; præstabat commoda in-  
terpretatione vulnera quædam sanare,  
quæm sophistica vocularum cauillatione  
& exagitatione vnguen semper in ulce-  
re habere, oleiq;, η πλεύ ἀκάπτων loco ace-  
cum,

SECVNDA DEFENSIO. 141

tum, imo sal nitrumque aceto mordacius affundere, atque omnem medicationem furenter respuere, vel etiam dedita quasi opera sanationem ipsam impedire.

*κατ' ἄλλο dicimus hominem illum  
(de Christo loquentes) esse omnipoten-  
tem, ut Filius Dei mortuus esse recte di-  
citur, sed κατ' ἄλλο, non καθ' εαυτὸν. Ne-  
que audiendi sunt, qui τὸ κατ' ἄλλο, οὐχ  
τὸ εἰς ἄλλο confundunt, ut καθ' αὐτὸν καὶ  
κατ' ἄλλο idem illis sit, quod alias Græ-  
cis est τὸ οἶκος τὸ Γιού. Hæc enim  
crassiora sunt, quam ut refutatione indi-  
geant: ad harum tamen rerum explica-  
tionem tantoperè necessaria, ut ex uno  
poene istarū phrasium discrimine bene  
perspecto, tota hæc controversia (nisi  
valde fallimur) planè ac perspicue decidi  
possit. Habet autem τὸ κατ' ἄλλο locum,  
non nisi in prædicationibus de concre-  
to, seu completo υφισταμένῳ, ad quod  
ἄλλο τὸ κατ' ἄλλο requiritur. τὸ δὲ κατ' αὐτὸν  
naturis quidem tanquam subiectis pro-  
prijs sua designat attributa competentia:*  
verum

verum cum persona utriusque naturae  
una sit eademque; etiam illi τὸ καθ' αὐτὸν  
congruet, pro ut nimis vel ἀλως con-  
iunctim, vel distincte καὶ μέρη considera-  
bitur. At, cum personalis unio nequaquam  
efficiat, ut unum & idem sit Deitas &  
humanitas, sed tantum, ut unus & idem  
sit hypostaticè Deus & homo: siccirco,  
sicut ἡ φειχώρησις non est naturarum  
seorsim consideratarum, sed potius per-  
sonæ, in qua Deus λόγος sustinet hu-  
manam naturam, & illi unitus est, ut in  
eam quodammodo immigrauerit, eamque  
totam peruerterit, & unione hypostatica  
totam totus complexus sit, adeoque; (citra  
tamen inclusionem & exæquationem)  
in tota natura assumta luceat; (hoc enim  
φειχώρησιν appellavit Damascenus, ut  
ipsemet explicat lib. 4. cap. 19.) ita ma-  
nifestum est, neque καθ' εαυτὸν, neque  
καθ' ἄλλο, posse vel humana de Dei-  
tate, vel de humanitate diuina pro-  
priè in abstracto prædicari, aut intel-  
ligi, quin pro unione confusionem a-  
struamus.

Facit

Facit Damascenus etiam mentionem  
 τῆς περιφράσεως, in explicatione τῆς Ιεαν-  
 δρικῆς ἐνέργειας. lib. 3. cap. 19. λέγεται ὃ ὁ  
 τεόπος ἔτος (inquit) περιφράσεις, ὅτιν τις δύο  
 πνα διὰ μίας περιφράσης λέγεται. Hoc est;  
 Tropus ille periphrasis, id est, circumlo-  
 cutione dicitur, si quis duo quædam vnicæ  
 dictione complectatur. ὡσπερ γὰρ μίαν τὴν  
 περιφράσην καῦσιν λέγομεν, καὶ τὴν κερδυ-  
 μένην τοιὺν τῆς πεπυρατωμένης μαχαιρ-  
 εως, ἀλλιαὶ ἐνέργειαν Φαῦλὸν τὸν τοιὺν, καὶ  
 ἄλλην τὴν κεῖσιν, καὶ ἄλλην ἐξ ἄλλης Φύσε-  
 ως. Εἰ μὲν πυρὸς τὴν καῦσιν, οὐ δὲ σιδηρὸς τὸν το-  
 μὴν. οὕτω καὶ μίαν τὴν ξεισθεανδρικὴν ἐνέρ-  
 γειαν λέγοντες, δύο τὰς ἐνέργειας νοῦμδην  
 τὴν δύο Φύσεων αὐτὰς. τῆς μὲν θεότητος αὐ-  
 τῆς, τὴν θείαν. τῆς δὲ αἰθρωπότητος αὐτῆς, τὴν  
 αἰθρωπίκην ἐνέργειαν. Hoc est: Quem-  
 admodum enim in gladio candente v-  
 nam prohibemus, quæ cum sectione  
 coniuncta est, combustionem: itemq;,  
 quæ vna cum combustionē fit, sectio-  
 nem: aliam verò sectionis, aliam vſtula-  
 tionis dicimus esse functionem, neq; v-  
 nius & eiusdem vtrāq; naturæ; quod  
 ignis

ignis quidem propria sit vstulatio, ferri autem sectio : ita vnam & eandem Christi Deivirilem actionem nuncupantes, duas intelligimus duarum ipsius naturalium functiones : diuinitatis quidem ipsius, diuinam ; humanitatis verò, efficacitatem humanam. Hęc ille. Vnde colligimus, *ωλίφεσον* Damasceno esse communicationem idiomatum implicitam in prædicato : quemadmodum in illis ; Christus est omnipotens, Christus est mortuus &c. est implicita in subiecto. Actio enim Theandrica complectitur operationes vtriusq; naturæ. Cum igitur hęc Deo, vel homini tribuitur, sancit id, quod vtriusq; naturæ est, vni attribuitur, ac proinde partim propriè, partim per communicationem idiomatum. Ut Deus nos redemit. Ergo, Deus pro nobis est mortuus : quia mors continetur in apotelesmate redemtionis. Item, Homo nos redemit ; Ergo, homo fecit dignum, & efficax, seu sufficiens suum supplicium, ad nobis placandum Deum. Hoc enim complectitur nomen redemtionis,

tionis, cum tamē τὸ τὸ μάθη ἀντελεῖν τὸ σω-  
μένα Deitatis sit ppriū, teste iterū Da-  
mascē lib. 3. cap. 15. Nā redemtio pertinet  
ad Christi officiū, quod totius personæ  
est, secundūm vtranq;, nō secundūm al-  
terutrā duntaxat naturā consideratæ, sed  
conseruatis nihilominus naturarū ppri-  
etatis & operationibus, quæ ad huius of-  
ficij executionē requiruntur, & concur-  
runt. Prout ergo intelligitur in his ppo-  
sitionib. prædicatū, ita propria vel im-  
propria fit locutio. Deus nos redemit,  
pro nobis tradendo in mortem naturam  
suam humanam, propriè loquendo. De-  
us nos redemit, moriendo pro nobis, &  
addendo efficaciam suæ morti; hoc qui-  
dem propriè, illud verò per communica-  
tionem idiomatum. Deus nos redemit  
suo sanguine, per cōmunicationem idio-  
matum. Hæc homonymia prædicati magis  
apparet, si subiectum sumatur abstra-  
ctum. Nam & Deitas est redemtrix,  
& humanitas est redemtrix; Verū di-  
uerso modo, & neutra quidē SOLA: ut  
constet illud, solum Filium Dei, qui non

est alius, quam filius hominis, licet reue-  
ra sit aliud & aliud, esse redentorem no-  
strum.

Denique apud eundem scriptorem  
fit mentio τοῦ ἀνάπτυλου, quod exemplis  
ita explicat, ut idem esse appareat, quod  
ἀντίδοσις seu κειμότης ὄνομάτων, quando  
videlicet naturæ sibi inuicem commu-  
nicant sua nomina & prædicata pro-  
pria per reciprocationem, seu reci-  
procam quandam conuersionem, sed  
non nisi in concreto. Deus enim pro-  
pter vniōneū communicat homini, &  
homo Deo sua nomina, & attributa seu  
idiomata, vt non tantum Deus, verūm  
etiam homo dicatur Deus, omnipotens,  
creator: neque tantum homo, sed etiam  
Deus dicatur homo, passus, &c. Sic ἡ Ιε-  
σοῦς, λόγων, ὑπερύψων carni, sicut &  
Verbo ἡ ἐνσάρκωσις, κενωσις, ἐνανθρώπ-  
ων, πατένωσις, καὶ συγκατάβασις tribuun-  
tur. ισέον γὰρ, ὃς ὅτι τοτεν τὴν εὐάγγελον  
ἀνάπτυλον Ιεωρῆτα, inquit Dalmatenus,  
lib. 4. cap. 19. Sed de his haec tenuis.

Profutura autem est istarum appellati-  
onum

tionum consideratio æquo lectori, ad Sophistarum strophas, quibus ludunt, & insidias, quas in hoc mysterio struunt imperitioribus, facilius dignoscendas, cautiusq; declinandas ac fugiendas: quarum nunc synopsin ex refiduis Antagonistæ nostri pagellis bona fide collectam, breuiter (quod vnicum in hoc secundo capite reliquum nobis est) subiiciemus.

Sic enim argumentatur D. Ioannes Matthæus, realem idiomatum communicationem diuersam esse à physica contendens, quam fatetur esse confusionem naturarum: *In Christo non tantum natura, siue essentia dicitur Res, sed personam quoq; rem dicimus. pag. 38.* Ergo communicatio idiomatum realis non est physica. I.

Ad hoc respondemus: Immo, siue personæ, cui vtriusq; naturæ idiomata insunt, siue naturarum respectu realis dicatur communicatio idiomatum, nihil differet à physica. Insunt enim vni eidemq; Christi hypostasi post vniōnem

utriusq; naturæ idiomata realiter, & es-  
sentialiter. Nisi fortè realiter omnipo-  
tentem, & crucifixum credas, quem ne-  
ges id ipsum esse essentialiter. Et hoc  
quidem sensu cùm realem, tum physi-  
cam idiomatum communicationem, re-  
spectu scilicet personæ, omnes orthodo-  
xi concedunt.

At respectu naturarum, qualem ha-  
ctenus defenderunt Vbiquistæ, com-  
municationem idiomatum realem nihil  
à physica differre, eamq; nec catholicæ  
fidei consentaneam, neq; omnino in ré-  
rum natura esse, totidem nobiscum &  
verbis, & syllabis, Antagonista ipse fa-  
tetur. pag. 1. 39. An non ergo cum ra-  
tione insanire existimandus est, qui im-  
pugnet & neget, quæ paulò ante vltro  
concesserat?

Addit deinceps disputator : *Quod*  
 2. *pluribus, nendum omnibus commune est,*  
*non ad unicam tantum materiam restrin-*  
*gi potest. At vocabulum Rei (unde com-*  
*municatio idiomatum realis dicitur) præ-*  
*terquam quòd mālūm̄p̄or est, etiam inter*  
nō

SECUNDA DEFENSIO. 149

τὸν τοῦ ἀνθρώπου εἶδόντα, qua transcendētia vulgo nominant, refertur, estq; omnibus commune. pag. 39. Ergo vocabulum rei non tantum ad naturas Christi restringendum est. Et per consequens, communicatio idiomatum realis, etiam respectu persona intelligi potest.

Huic respondentes concedimus totum iusculum, in quantum τὴν πλύσην generaliter καὶ ἀνθρώπων usurpantur. Sed in hac disputatione Realis dicitur idiomatum communicatio, non ἀνθρώπων, verum κατὰ πί, nimirum aut naturarum, aut personæ respectu. Et tamen neutrobis à physica differt, quin potius respectu naturarum (Antagonista ipso teste) vtraq; falsa est: sicut respectu personæ, omnium rectè sentientium suffragijs, vtraq; est vera. Hoc si expenderit D. Ioannes Matthæus, vanitatem suam etiam nobis tacentibus animaduertet, quando Sacramentarios, quos per contumeliam sic vocat, semper in ore habere vocifera-  
tur: pag. 40. Nullam (scilicet) communica-  
tionem realem fieri posse, sine confu-  
sione

3.

*sione naturarum, seu transfusione proprietatum physica.* Si quos enim sic vñquam docuisse ipsi constat, autores proferat, ut conueniri possint: sin ex abundantia cordis sui ista confinxit, desinat suas alijs laruas obijcere. Quale etiam illud est, verè (ut ibidem scriptitat) mendacium sophisticum, vel potius diabolicum, quod verbali quadam allæosi, quam sic appellat (Satanæ, ni fallimur, auiam, in quam tanquam Gorgonem infernalem, quicquid cholerae percoquere non possunt Vbiquistæ, certatim euomunt) solas appellationes officij, non autem diuinæ simul naturæ idiomata, Christo homini in concreto tribuanus. Sunt istæ calumniae euidentiores, quam ut refutatione indigeant.

4. Pag. 43. fingit, hominem Christum ita esse omnipotentem, ut etiam humanitas Christi idioma illud diuina natura, hoc est, omnipotentiam habeat & possideat ad communem (ut nouè, & sine ullo veterum exemplo loquitur) usum, & effectum. Quomodo igitur omnipotentia ab

ab humanitate Christi ita postessa, manebit idioma diuinæ naturæ proprium?

Pag. 42. negat, *de uno eodemq; subiecto communi, quale est σύνθετο illud Christi ωφισάμδρον, in quo distinctæ concurrunt naturæ, finita, & infinita, creatæ, & increata, &c.* unum idemq; negari simul & affirmari, hoc est, attributa inter se contraria prædicari posse. Cui opinio-  
ni non tantum Damascenum lib. 3.  
cap. 3. repugnantem habet, quem iste in publica nuper disputatione contra  
vniuersam Vbiquistarum synagogam  
propugnare ausus fuit: ac licet quædam  
in istorum gratiam concesserit, non ta-  
men seriò id factum esse, ad amicos po-  
stea professus est: verùm etiam totam  
orthodoxam antiquitatem contrarium  
vno ore statuere, vel solius Theodoreti  
probamus commonefactione, cuius ve-  
ritatem Decanus & collegium Theolo-  
gicum in præfatione Responsioni reue-  
rendi & clarissimi viri, D. D. Ioannis  
Matthæi, collegæ ipsorum, ac fidelis  
Christi ministri, præfixa, Amlingo, &

illis, qui cum eo faciunt, fraterna benevolentia prædicauit: ὅπι καὶ τὸν τὸν φύσεων ίδια, καὶ τὰ ταῦτα, καὶ καί ταῦτα σωτῆρι περιουμόνται φέρεται. dial. 2. An non enim ταῦτα, καὶ καί ταῦτα φέρεται περιουμόνταις contraria ipsi attribuimus, ad astruendam videlicet substantialem differentiam τῶν δύο φύσεων, εὐαθεστῶν ἀλλήλους κατ' αλήθειαν, εἰς μίαν τούτων σύνθετον τῷ οὐτε τῷ θεῷ, ut Damascen. loquitur. Sed audiat eiusdem Theodoreti utilissimam declarationem, dialogo eodem: *Duas in Christo naturas considerare, & utriq[ue] tribuere conuenientia oportet. Si vero una natura est Christus, quomodo possunt ipsi accommodari contraria?* Hæc ille.

Quid autem est accommodare Christo contraria, quam de una eademque eiusdem hypostasi, tanquam subiecto συνθέτῳ, & communi, unum idemque ratione distinctionis naturarum simul negare, & affirmare? Quod cum improbet D. Ioannes Matthæus, audiat iterum nobis astipulantem Theodoreturn.

Cum

Cum enim de naturis loquimur (inquit dialogo eodem) suum cuig<sup>z</sup> tribuamus,  
& sciamus, quedam esse diuinitatis, que-  
dam humanitatis propria. Cum autem  
de persona verba facimus, communicanda  
sunt naturarum propria, & hac atq<sup>z</sup> illa  
Saluatori Christo tribuenda sunt, & idem  
appellandus est & Deus, & homo, & Filius  
Dei, & filius hominis, & filius Davidis, &  
Dominus Davidis, & semen Abrahae, &  
conditor Abrahae. Idem de alijs appella-  
tionibus omnibus dictum putemus.

Idem dial. 3. Nos enim diuinitatis  
& humanitatis talern predicamus uno-  
nem, ut intelligamus unam personam in-  
diuisam, & eundem agnoscamus Deum  
& hominem, visibilem & inuisibilem,  
circumscripturn, & incircumscripturn,  
& alia omnia, quaecunq<sup>z</sup> diuinitatem &  
humanitatem designant, uni persone ac-  
commodamus. Hactenus Theodoretus.

Pag. 42. heresos damnat Amlin-  
gum, quod Christum omnipotentem esse  
afferat, non quā homo, sed quā Deus est.  
Damnet igitur eodem calculo etiam

Apostolūm, quod Christum τὸν οὐρανὸν ἀλλ' & τὸν πνεύματον mortuum esse docet.

Pagina eadem, & sequente, sic ra-

7. tiocinatur: *Christus opera domini, & officij sui per humanam naturam operatur.*  
*Ergo natura humana in Christo est instrumentum OMNIVM operum diuinae omnipotentiae.* Vel, si hoc neges, erit illud etiam falsum. Quis non miretur efficacitatem argumenti tam fortis Athletæ à particulari ad vniuersale?

8. Pag. 54. negat, quicquam ab autoribus *Apologie Cuparie seu iuscule in scholasticos Theologos dictum esse,* & lectorem ad eam partem, quæ *Bremensibus est opposita*, relegat: cum Anhaldini sectionis primæ caput secundum notarint, ubi pag. 44. & 45. quam rigidissimè tota scholastica Theologia, & nominatum Bonaventura cum Magistro Sententiārum p̄stringuntur, atq; exploduntur: de quibus tamen perhonorificum illud D. Ioachimi Camerarij (σὺν μηδὲν εἰσιλογίᾳ) iudicium, pagina Defensionis nostræ 168. adductum, minimè im-
- pro-

probare audet , pagina responsonis  
suæ 52. Iudicet ergo prudens lector,  
quām belle illi cum Erfurdicæ Apologie  
autoribus conueniat. Verūm Bremen-  
sium hīc arrodere nomen ei libuit, vt  
laurcolam in mustaceo quæreret. Sed  
cur non potius Theologus iste , qui in  
aliorum vitijs (vt Oratij verba huc ac-  
commodeamus ) tam cernit acutum ,  
Quām aut aquila, aut serpens Epidau-  
rius : confessionem illorum typis publi-  
catam sibi refutandam sumit, vt habe-  
ant simpliciores, quod fugere, quōdue  
sequi eos oporteat. Sui nimirum inge-  
nij inopiam prodere voluit. *Nisi enim*  
*istiusmodi* (vt de se verè , de Amlingo  
falso scriptitat, pag. 53.) calumniandi  
occasiunculas arripuisse, quidnam habi-  
turus fuisse, quod responderet ?

Fidem à Christo totaliter fuisse exclu-  
sam ab initio conceptionis, nec tamen si-  
mul excludi fiduciam, cōtendit pag. 56.58.  
An igitur , fide totaliter exclusa , non  
simul excluditur fiducia ? An non  
vniuersalis negatiua opposita parti-  
cula-

culari affirmatiuæ contradictionem efficit? Chrysippum hic lector adhibeas oportet, qui nodum hunc tibi soluat.

*Animam Christi actu ipso existentia omnia, etiam hominum cogitationes simul, & quidem à primo unitionis hypostatico initio, adeoq; secundum quodcumq; tempus contemplari atque intelligere, cum Bonaventura negat Lutherus; id quod demonstrauimus paginis Defensionis nostræ 179. 180. 181. contrarium affirmat D. Ioannes Matthæus: pag. 66. Quæritur, huicne potius, an illis affentiendum sit? Quod si animam Christi actu ipso simul cognoscere omnia, que Verbum cognoscit, negauerit Antagonista, ut pag. 91. assertionis prioris oblitus se negare simulat, de hac quidem questione lis inter nos compofita esto. Sed ipse viderit, quomodo cum affeclis suis transigat. Qui enim omnia simul actu non considerat, non est omniscius: cum nihil aliud sit omniscium esse, quam omnia simul actu contemplari. Verè autem hoc de anima Christi dici non potest.*

Potest. Ergo nec illud. Et per consequens, falsa est propositio Patrum Bergensium, humanam Christi naturam realiter esse omnisciam contendentium. Quid enim est actu omnia scire, quam re ipsa, seu realiter omnia scire? Si minus: duplē fingant omniscientiam, necesse erit; alteram actu, alteram ~~duam~~  
partalem, contra symbolum.

Professionem ignoratæ diei, Marci 13. non fuisse ignorationis infirmitatem, sed tacendi dispensationem, vnam cum orthodoxis antiquis, ac recentibus omnibus consensu profitemur. At ut caro non est missa, sed in carnem Verbum: ita dispensatio illa non infert omniscientiam carnis, sed incarnati Verbi, ut Nazianzeni constet ἀξιωμα: ἄλλος Φύσεως, ἄλλος ὀντογνώμοις λόγος. οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον, καὶ αὐτὸν ὁ θεός. Orat. i. de filio, pag. gr. 212. Sed instat disputator, apud neminem ex Patribus reperiri Amlingi illud glossema scilicet: quod cognitum habuerit Christus ultimum diem, ut Deus, non autem, ut homo, pag.

pag. 70. 71. Huic reponimus, quandoquidem Lutheri testimonio minimè oblicuro nec contemnendo fucum quendam illinit Antagonista, pag. 73. 74<sup>r</sup> audiat Nazianzenum Ἀλεξανδρεῖ ipfius glossemati resistentem, & tam Luthero, quam Amlingo manifestè astipulatatem ac patrocinantem. *Eccui enim* (inquit) *dubium esse potest, quin horam quidem, VT DEV S* (aperi aures Nazianzeno D. Ioannes Matthæe) *cognitam habeat: ignoret autem VT HOMO.* Nam apparens, seu visibilis (hoc est, humana) *natura discernenda est ab innubili* (hoc est diuina.) *Quapropter ignorantiam HVMANITATI, non DIVINITATI adscribendam esse, PIE,* & *RELIGIOSE sentimus.* Quid potuisse let clarius pro Amlingo dici aduersus D. Ioannem Matthæum ab ipso prasertim Gregorio, quem antiquitas orthodoxa κατ' εξοχὴν Θεολόγον nominauit, de quo veritatis teste omni exceptione maiore, non immerito illud usurpanteris: *āīs μοι ἀνὴ τῆς μίνειας.* Vifsum

sum autem operæ premium est ascribere  
auctoris ipsius verba, idq; cùm propter  
iuentutem studiosam, tūm, ne exactior  
iste seuerus nodum in scirpo quærens,  
habeat quod carpat, sicut in Lutheri  
versione: homo nimis interpretationis  
veterum adeò accuratus & religi-  
osus obseruator, vt in disputatione sua  
nuper ex Damasceno instituta, purissi-  
mæ auctoris in suo idiomate dictioni ne  
versionem quidem paulò commodio-  
rem adhibere sustinuerit; satius esse ra-  
tus, obscura illa & barbara (qua dele-  
ctatur) loquendi forma ludificari lecto-  
rem, quam genere orationis terso &  
proprio causæ Vbiquisticæ infirma-  
tem, vel potius insolensatem prodere.

Sunt autem verba Nazianzeni hæc:  
Ἵππου εὔδηλον, ὅτι γνώσκει μὴν ὡς Θεὸς,  
ἄγνοιαν δέ Φησιν ὡς ἀνθρώπος, ἀν τις τὸ Φού-  
ριόντων χωρίσῃ τὸ νοεμένον. τὸ γὰρ διπλού-  
τον εἶναι τὸ οὐτε τὸν πεφτυγορίαν, καὶ ἄχε-  
την, & πεφτυγορίαν τὸ οὐτε τὸ πῖος, ταῦτιν  
μηδὲ δίδωσι τὸν πατρὸν, ὥσε τὸν ἄγνοιαν  
πατέλαιμαντεν. Τοῦ τὸ εὐτεβεστερον, τῷ αν-

θρω-

θρωπίνω, μὴ τὸν θέριον πάντας λογιζομόνες.  
εἰ μὴ δὲ γένος αὐτάρκης ὁ λόγος, ἐπειδὴ  
επομένει, καὶ μηδὲν πλέον ἀποχρεώθω.  
εἰ δὲ μή, τόχε δέντεσν. ὥσπερ τὰν ἄλλαν  
ἔργασν, γέτω δὴ καὶ γνῶσις τῶν μεγίστων,  
Ἴπποι τῶν αἵπαν ἀναφερέσθω τιμῇ γεννή-  
τορες. δοκεῖ δέ μοι τίς μηδὲν ἀνείναις ἀν-  
γνάσ, ὡς τὰν καθ' ἡμῶν Φιλολόγων τις μη-  
κρὸν ἐννοῆσαι, ὅτι ἀδεὸν διὸς ἄλλως οἶδε τῶν  
ἡμέρων, η τῶν ὕστερον, η ὡς ὁ πατήρ. τὸ γέ-  
σιαν αὐτοῦ διὸς. ὅπερον. ἐπειδὴ ὁ πατήρ γνω-  
σται. Μὴ τέτοιος καὶ ὁ διὸς. ὡς δῆλον, ὅτι μηδενὶ<sup>ν</sup>  
γνωστὸν τέτοιο μηδὲ ληπτόν, πλέον τῆς περιττῆς  
φύσεως.

Orat. 2. de filio. pag. gr. 217.  
Locus è græco in latinum sermonem  
conuersus integer sic habet: *An omni-  
bus manifestum est, nouisse eum quidem  
(diem illum) ut Deum: profiteri autem  
se ignorare cum, ut hominem, si nimirum  
quod sub oculos cadit, seceras ab eo, quod  
mente & intelligentia cernitur. Hoc ut  
suspicemur in causa est, quod filij appellatio-  
nem planè est & libera, absg, adiectio-  
ne aliqua, cuius ille filius sit: ut ignora-  
tionem hanc in meliorem interpretantes  
partem,*

partem, eam humanitati, non diuinitati  
asscribamus. Quod si ratio hæc satis est  
idonea, consistente hic questione, nihil in-  
quiratur amplius: sin minus, proximum  
fuerit existimare, sicut cetera omnia, ita  
cognitionem rerum maximarum, ad geni-  
torem, tanquam ipsam causam, honoris qua-  
dam reuerentia à filio referri. Iam si ne  
hæc quidem alicui satisfaciunt, is neg<sub>o</sub>, le-  
gisse, neg<sub>o</sub>, intelligere mihi videtur, que  
nostrorum literatorum aliquis, nimirum,  
quod neg<sub>o</sub>, filius aliter nouerit diem illum  
aut horam, atq<sub>z</sub> Pater: ut hoc inde effici  
videatur: Quoniam Pater cognoscit tem-  
pus illud: ideo & Filius. Atq<sub>z</sub> ita manife-  
stum fiet, à nemine illud cognosci, neg<sub>o</sub>,  
comprehendi, nisi à prima causa. Hæc  
Nazianzenus.

Egregium verò illud argumentum  
est: pag. 76. *Christus totus homo, & to-  
tus Deus est. Ergo, non tantum quod De-  
us, verum etiam quod homo, hoc est, secun-  
dum virum, naturam est omnipotens.*  
Ingenium hominis. An non simili con-  
secutionis ratione rectè collegerit ali-  
M quis.

quis, eum secundūm vtranq; naturam  
esse increatum, aternum? vel potius,  
quia hoc falsum sit, neq; illud constare?  
Erit igitur eādem ratione secundūm v-  
tranq; naturam increatus, aternas, vel  
ē diuerso.

13. Concedit pagina eadem; *Naturam  
humanam, secundūm se (etiam IN PER-  
SONA) consideratam, non esse omni-  
sciam:* Et nihilominus vrget, eandem  
personaliter consideratam, prout cum Ver-  
bo assumente una est persona, sine unum  
individuum personale, esse omnisciam,  
seu reali communione diuinam omni-  
scientiam possidere, & habere ad commu-  
nem usum & effectum. Evidem fate-  
mur nostri ingeniali aciem obtusiorem  
esse, quam vt perspicere possit rationem  
conciliandi ista ορθοφύσει & putidas  
ἀντλογίας. Quid enim differant, N A-  
T V R A M humanam secundūm se  
IN PERSONA considerare;  
Et, eandem, vt cum Verbo assu-  
mente una est persona, considerare,  
neutiquam assequimur: cum hoc nobis  
per-

SECVNDA DEFENSIO. 163

persuasum sit, naturam assumtam extra personam Verbi assumentis consideratam, esse inane nomen. ἀμα γδ σάρξ,  
ἀμα θεὸς λόγος σάρξ: secundum Athanasiū. Et recte Damascenus: *Fatemur*  
*(inquit) in Christo salvas esse duas natu-*  
*ras, τὸν idia, καὶ ἄντα μέρες τιθέντες ἐνάστη,*  
*ἄλλ' ἕνεκεν αἰλούρων ἡμίου τρισσάρις*  
*πυθέτω.* lib. 3. cap. 3.

Fatetur ex Philippo D. Ioannes 14.  
Matthæus, *notitiam per Euangelium in*  
*hac vita nondum perinde illustrem esse, ac*  
*futura est intuitua in cœlesti consuetu-*  
*dine, quam Scriptura nominat videre fa-*  
*cie ad faciem.* pag. 64. Docetque pag. 77.  
*verum scibilium (ut loquitur) distinctos*  
*etiam in anima Christi gradus esse; nec*  
*Potest negare, quemadmodum notitia*  
*principiorum speculabilium & practicorum*  
*naturaliter nobis insita, quam scholastici*  
*scientiam animæ inditam, sive infusam*  
*nominant, non aequè in infantibus, atq;*  
*adultis lucet:* pag. 162. ita etiam experi-  
entiam uniuersalem, & ordinis intelle-  
ctum in iudicanda consequentia, quam illi

scientiam acquisitam, siue experimentalem appellant, cum atatum incremento sua habere incrementa: pag. 63. 78. Quomodo igitur, his omnibus positis & concessis, ab ipso conceptionis instanti, omnibus simul numeris & gradibus, scientia humana in Christo perfecta & absoluta fuerit? Etsi enim de scientia summæ beatitudinis, quod excipiat in Christo, habere sibi videtur: pag. 77. tamen etiam illam non perinde ACT V ipso fulsisse in statu humilitatis, ut iam fulget in statu glorificationis, extra controuersiam est. Non igitur ista, quæ γενικωτέρως de triplici scientia animæ Christi, omnibus numeris & gradibus, ab ipso conceptus momento, absolutissima & perfectissima disputat, sine evidenti contradictionis implicacione, ἀπλάνως admitti possunt. Multò minus omniscientia infinita, qualis Dei est, animæ Christi re ipsa competet: cum illa sui nunquam dissimilis, sed potius actu ipso semper talis sit, eorumq; quæ scientia continentur, gradus omnes procul-

culdubio infinitis modis transcendat,  
atque excludat.

Quæ pagina 81. ex anathematismo 15.

Cyrilli, & Thoma proponit, ita sunt orthodoxa, ut pro Anhaldinis nihil potuisse dici conmodius, atq; ad ipsorum sententiam astruendam neruosius. Aut igitur prævaricator iste ijs astipulatur, quos in speciem refutandos suscepit: aut à seipso simul, & collegis suis dissentit. Sive enim homo, sive Deus dicatur Christus, supponitur hypostasis diuinæ simul atq; humanæ naturæ, secundum Thomam. Vanum sit ergo necesse erit, quod per vniuersum librum contendit: *Corpus videlicet in Christo humanum cum anima rationali, hoc est, ipsam naturam assumtam nihil aliud esse, quam ipsum hominem Christum.* Differunt enim natura humana in Christo, & homo Christus, ut pars, & totum, si personam illam σύνθετον consideres. Id quod etiam Catechumenis notum est. Quid igitur sophismate illo ineptius, quando ita nugatur: *Credis, Amlinge, cum Beda*

& omnibus orthodoxis, hominem Christum accepisse diuinam omnipotentiam? Imino credo. Si credis, cur negas assumtam naturam, quæ sine homine non intelligitur, accepisse personæ assumentis omnipotentiam, cum inciperet in persona omnipotenti subsistere? pag. 85. Hic ausculta paucis, cur non credam. Et ratio est, quia cum alterutra natura in abstracto nominatur, non supponitur hypostasis, & natura humana eo ipso, quod assumta est, non est facta sibi ipsi hypostasis, nedum omnipotens, verum omnipotenti hypostasi unita est.

**16.** Priori nō dissimilis argumentatio hæc est: Si respicies ad subsistentiam, siue personam diuinitati & humanitati communem, animaduertes liquido unam personam communia habere, quæ naturarū sunt propria: & unam personam, quocunq; nomine vocetur, siue Dei, siue hominis, omnipotentem esse: & accepisse omnipotentiam, cum homo fieret, quam ab aeterno habuit, ut Deus. pag. 86. Sunt hæc omnia

omnia perspicua, & plana. Sed falsum est, quod inde concluditur: *Ergo Christus non tantum quā Deus, sed etiam quā homo*, id est, secundūm utrāque naturam (Ludit enim ambiguitate particulae distinctiæ, quam ab unitate personæ ad naturarum proprietatem, & vice versa, quoties ipsi commodum est, à naturis ad personam torquet ac retorquet) est omnipotens: *Et quidem ab instanti conceptus.* Quod si ita se haberet, quomodo fuisset infans (*τὸ βρεφός*, *Lucæ 2.*) fari nesciens? aut quomodo non cucurisset ab instanti, & erecto incessisset corpore? quomodo deniq; eo ipso cœlum terramque non impletet iam tūm, cum ab uberibus matris pendit? quorum nihil cum historica veritate congruit. *Quid igitur est semetipsum in reprobum precipitare sensum* (quod falsò disputator Amlingo obiicit) quām inter disparata, hoc est, concretum, & abstractum non discerneret?

Quo vero loco istud habebimus?

M 4

Si

17.

Si persona Filij Dei potuit accipere quod habuit, quia futura erat hominis persona, per unionem personalem. Ergo natura humana assumta potuit accepisse & habere in persona, à qua assumta est, & in qua subsistit, id ipsum, quod persona potuit accipere propter assumptionem eiusdem naturæ. pag. 87. Obscro te lector, an non hinc colligi potest, etiam illud vanum esse, quod vulgo contendunt, non nisi carni data esse omnia, que in tempore Christo data sunt? Hoc enim nisi vanum sit, sibi ipsi non constabit D. Ioan. Matthæus, quando ex Magistro sententiæ nostram confirmat, suorum autem collegarum doctrinam refutat; asserendo videlicet nobiscum, personam filij Dei omnipotentiam, quam ab aeterno habuit, in tempore accepisse, quia futura erat hominis persona. Sicut igitur palam est, nos, negantes humanitatem Christi realiter esse Deum, non propterea negare, hominem Christum realiter esse Deum; ita manifestum est, nos hominem Christum realiter omnipotentem,

omni-

*SECVNDA DEFENSIO.* 169

omniscium, infinitum agnoscere; et si  
humanitati eius ista deitatis attributa  
realiter conuenire per negamus. Ne-  
cessariò enim, sicut huic siue homini,  
siue humanitati, data vel communicata  
est Deitas; sic etiam omnia deitatis pro-  
pria: Et sicut Deo, siue deitati, commu-  
nicata humanitas; sic etiam omnia hu-  
manitatis propria. Et sicut iste homo  
Deus est, sic est omnipotens, & infinitus.  
Est autem D E V S non secundùm  
humanitatem: ergo nec secundùm ean-  
dem omnipotens, omniscius, immen-  
sus: &c.

Pag. 90. Negat, *omnipotentiam, o- 18.*  
*mniscientiam, & omnipresentiam, huma-*  
*ne naturæ communicari posse, tanquam*  
*formam:* quorsum igitur (pag. 153.) ei-  
dem naturæ assumptæ, præter formam  
serui, etiam Dei formam, quæ nihil est  
aliud, quam omnipotentem, omniscienc-  
tem, & omnipræsentem esse, adscribit?

Pag. 95. Fatetur *ambiguitate voca-*  
*buli se ludere, quando exaltationem no- 19.*  
*minans non intelligi vult de ingressu*  
*M S Christi*

Christi in gloriam, consummato statu exinanitionis, sed pottus de assumptione carnis in Verbi hypostasin. Verum etsi suminum illud quidem fastigium honoris est, subsistere non in sua, sed in ipsius Verbi hypostasi: tamen Ecclesiæ parcendum fuerat, nec confundendi articuli fidei κενοφωνίας istiusmodi βεβηλοις. 2. Tim. 2.

- Pag. 96. Amlingum idem docere,  
**20.** quod Pares olim docuerint, clara voce affirmat. Confutet ergo prius oportet totam orthodoxam antiquitatem, quam Amlingum hæreseos condemnare aggreditur. Itaque sua voce absolvit, quem reum peragere studet. Hocci ne inscitiam, an malitiam, vel illam potius cum hac coniunctam (vt Antagon stæ verbis vtamur, pag. 92.) strenue prodidisse dixerimus? Quod si in explicacione sententiæ orthodoxæ minus satisfacit D. Ioanni Matthæo Amlingus, consulat præclarum illud, & verè aureum Corpus doctrinæ Philippi, à quo nihil diuersum vel sentit, vel credit Amlingus.

gus. Quantum autem non modò communi illi præceptorí suo scilicet, verum etiam doctrinæ, ex ipsius utilissimis monumentis sapienter collectæ, & in unum corpus digestæ, hodie tribuat facultas Theologica VVitebergenfis, vel sola ista concio ibidem à D. Iacobo Andreæ, Anno 79. Dominica j. post Trinitat. habita, & cum triumphali quadam ouatione postea tūm Dresdæ tūm Magdeburgi in lucem edita (vbi Corpus illud, quod diximus, doctrinæ, doli mali & sceleratæ imposturæ malignè ac perfidiose insimulatur) plus satis ad omnem posteritatem testabitur.

Pag. 101. disputat, orthodoxos Patres non contentos voce ἀνώνεις, usur-  
passe insuper vocabulum κοινωνίες. Ve-  
rūm hoc illo prius in vslu fuisse, ex hi-  
storia Nestorij & Eutychetis con-  
stat. 21.

Pag. 103. 119. Propositionum illa-  
rum ( homo Christus est omnipotens,  
& Filius DEI est mortuus ) decla-  
rationem, 22.

rationē, quę sit adhibita particula distin-  
ctiua *νγρά* (secundūm) horribili & pro-  
fana audacia, posthabita totius sacræ  
Scripturæ & orthodoxæ antiquitatis au-  
toritate, reiect & iniquissimè damnat.

Pag. 109. 129. prouocat ad omnium  
23. subscriptorum, hoc est, Concordiæ dis-  
cordis asseclarum *vōces & scripta*. Quo-  
nimirum se astringit ad reddendam de  
singulorum paradoxis & *ἀκυελούσιαις*  
rationem: quorū quasi catalogum insi-  
tuimus in assertione quadraginta duūm  
argumentorum ab Anhaldinis recens  
edita, & opposita Apologiæ Erfurdensi,  
ad quorum considerationem lectorem  
remittimus. Cum enim D.Ioannes Mat-  
thæus toties neget τὸ κείνοθιον consistere  
in questione de communicatione idiomati-  
cum reali, quo ad naturas inter se: ne-  
cessitas ipsa postulauit, vt ibidem citatis  
concordiæ veluti interpretum verbis at-  
que sententijs, nihil horum à nobis fin-  
gi, demonstraremus.

24. Pag. 110. Realem idiomatum commu-  
nicatio-

nicationem, quam physicam esse negat, eam se dicit intelligere, secundum quam caro Christi, testibus Cyrillo, Athanasio, Concilio Ephesino, & alijs, propria sit facta Dei Verbi caro. Verum cum illa ipsa appropriatio, quam Græci οἰκείωσιν nominant, teste Damasceno lib. 3. cap. 25. sit Φυσικὴ ἐχοτάσθις (κα. θῆν, άλλα Φιλανθρωπίαν, οὐ κύριο τίτλο Φύσιν ἡμῶν, καὶ τὰ Φυσικὰ πάντα ἀνέλαβε. Φύσις, καὶ ἀληθία γενόμενη ἀνθρώπος, καὶ τὰν Φυσικῶν τὰ πάρα γενόμενη) rursus manifestum sit ac liquido patet, nullo inter physicam & realem idiomatum communicationem argumento idoneo distingui. Quin potius ratione quidem personæ vtrraq; vera, ratione vero naturarum vtrraq; procul dubio falsa sit, necesse est.

Pag. 119. 123. 124. 125. sic argumen-  
tatur: *Christus Deus & homo est una per-  
sona. Non igitur orthodoxe possumus di-  
cere, Christum omnipotentem esse, crea-  
torem, atq; sustentatorem rerum omnium,  
quod Deus est; aut passum esse, quod homo est.  
Quid autem hoc aliud est, quam Euty-  
chia-*

chianorum simul, & Theopaschitarum errorem in Ecclesiam reuocare? Potrò quomodo illud constabit, quod nihil minus, velit nolit, fateri cogitur, pag. 122. diuina conuenire personæ Christi, secundum diuinam naturam: & humana eidem personæ conuenire, secundum humanam naturam. Poterit ne perpetua naturarum differentia consistere, si neges, quod Deus est, creatorem esse Christum, non item quod homo; passumque eundem esse, quod homo est, non item quod Deus? Aut si demne merabitur, toties non tantum in manifesta contradictionis implicazione depræhensus, verum ipsa etiam fidei principia labefactans & conuelens?

26. Pag. 127. Realem idiomatum communicationem cum Luthero se docere profetetur. Atqui realis idiomatum communicationis, apud Lutherum ne quidem in Polemicis (ut vocant) expressè ullam uspiam mentionem fieri, certissimum est. Vbicunque autem (in scriptis

pris præsertim didacticis) de mysterio  
 Verbi incarnati, ex professo differit, ut  
 in Postilla Ecclesiastica Hebr. 1. Item  
 de nouissimis verbis Davidis: atque  
 in primis in aureo illo commenta-  
 rio de ultima concione Christi, Io-  
 ann. 14. manifestum est, nulla vocu-  
 la, nisi forte contra sententiam autoris  
 detorta, eum patrocinari Vbiquistarum  
 somnijs. Quod si quis Polemica eius-  
 dem scripta, in quibus, inter ceteras  
~~ἀνεγλογίας~~, semina etiam ubiquitatis  
 sparsa reperiuntur, nobis opponat, is ne  
 Lutherum cum Luthero committat, vi-  
 derit. Nos ab irato & perturbato, ad  
 pacatum sibi que restitutum, ingenua &  
 libera voce prouocabimus. Quid? quod  
 eadem pagina D. Ioann. Matthæus non  
 tantum seipsum, verum etiam Lutheri  
 Polemica, & totam Concordię formu-  
 lam cum eiusdem Apologia, nec non v-  
 aineram Vbiquistarum cateruam re-  
 futat, & Anhaldinorum doctrinam suo  
 ipsius calculo confirmat, quando ne-  
 gat, *se docere participationem idiomatum*  
*Christi,*

Christi, qua Christus statuatur esse omni-  
potens, omniscius, ubiq<sup>s</sup>, sive etiam passi-  
bilis, secundum utrang<sup>s</sup> naturam. Hanc  
enim doctrinam prorsus nouam, & haec-  
nus in Ecclesijs inauditam, nedum ab or-  
thodoxis approbatam esse, contendit ibi-  
dem, pag. 128. Desinant ergo in Eccle-  
sia tumultuari propter illam ἀνεγλογί-  
αν, ne quid dicamus durius, quod O-  
M N I A plena sint Christi, etiam secun-  
dum humanitatem. Item, quocunq<sup>s</sup> loco-  
rum Deum collocaueris, eò etiam humani-  
tatem Christi una collocandam esse. pag.  
Concord. 747.

Ceterum quia cum aduersario, qui  
27. nullibi extat, pugnat Amlingus, vt ite-  
rum habent Antagonistæ verba, pag. 129.  
quorsum amico nostro opus fuit lufci-  
pere refutationem sex illorum argu-  
mentorum, quæ etiam num aduersus  
oppugnationem illius consistunt fixa &  
immota? At ubi sunt, Amlinge, (sic  
enim percontando instat disputator  
pag. 130.) qui carnem Christi dicant esse  
omnipotentem, omnisciam, & ubiq<sup>s</sup>, reali-  
sime

sine physica participatione, cum quibus tu pugnas? Respon. Nisi apud te, & tui similes Pandoræ subscriptores essent, nusquam essent. Quid enim, inter vos, & doctissimum inter subscriptores Hes- hulium, certaminis aliud gliscit, quam quod hic abstractius quidem locutio- nes, quas Apologia Erfurdica sic vo- cat, de carne Christi omniscia & omni- potente probat, improbata tamen ubi- quitate? Quid? quod realē idiomatum communicationem eandem esse cum phy- sica, hoc est, utrāq; falsam, si naturas re- spiciamus, fassus es ipse? pag. 39. Respe- ctu autem personæ, præterquam quod minimè negamus, filium Mariæ esse omnipotentem realiter; eundem etiam essentialiter omnipotentem esse, intrepidè atque constanter assueramus.

Verūm enim uero cum dici de aliquo requirat inesse, adeò ut, temet ipso teste, pag. 505. necesse sit, omne prædicatum in- esse subiecto, de quo dicitur; qualēnā hoc est  $\kappa\eta\sigma\varphi\imath\tau\eta\tau$ , quod negas, omnipoten- tiā, omniscientiam, aut omnipresenti-

am à vobis naturæ Christi humanae, ut  
subiecto, attribui? pag. 131. Quid enim  
propositiones istæ abstractiæ (quas in  
tertio genere communicationis idioma-  
tum, nouo inquam illo, & à vestritibus  
nudius tertius conficto, etiamnum ra-  
tas vult haberi Apologia Cuparia) aliud  
sunt, quam prædicationes de humani-  
tate Christi, ut subiecto, cui attributa il-  
la, ex tua ipsius hypothesi, inesse oportet.  
bit, ut nimirum caro Christi sit omni-  
scia, omnipotens, omnipræsens? Hoc  
si negas (ut te negare non obscure pro-  
fiteris) euertisti una voce totum illud  
formulæ Concordiæ chaos, & Anhal-  
dinorum doctrinam, ut est ἀλόγιαντος,  
tuo ipsius calculo confirmasti. Id quod  
prudens lector non obiter considerabit.  
Vertitur enim in hoc argumento totius  
cardo negotij, nec, ad diluendas aduer-  
sariorum περιπολογίας & ineptias, pluri-  
bus rationib. opus est. Quin potius cum  
Eusebio lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ,  
cap. 17. unico aphorismo tota controuer-  
sia direnturi respondemus syllogisticè.

Qui

*Qui negat (inquit Eusebius) quod est; si-  
ne dubio culpabile iudicat esse, quod negat.  
Negat autem D. Ioannes Matthæus,  
quenquam sic docuisse, aut dixisse, quod cœ-  
ro Christi sit omniscia, omnipotens, ubiq.  
pag. 130. Ergo eo ipso, quod negat has  
propositiones, quas tamen omnes Vbi-  
quistarum libri, & in primis formula  
Concordiæ cum eiusdem Apologia  
defendunt, sine dubio culpabiles iu-  
dicat esse, quas negat. Itaque impro-  
bat cum Anhaldinis eandem doctri-  
nam, cuius in speciem gratificaturus ijs,  
quibus propter offam assentatur, infelix  
patrocinium suscepit. Poteramus hic  
secundo scripti huius capiti finem im-  
ponere, Ecclesiæ iudicio acquiescentes.  
*τιναρυμον γω ἐσ δίκαιη τεία εἶπεα Διογένεσ,*  
secundum Pindarum. *εἰδ. ζ. Nem.* Verum  
ne quid scrupuli relinquatur lecto-  
ri, visum fuit etiam sequentia adij-  
cere.*

Pag. 132. *Magnō conatu* (inquit)  
*contenderunt Sacramentarij, nullam posse*  
*reale communicationē vel persone filij Dei,*

vel naturæ, vel proprietatum essentialium, vel actionum fieri, &c. Atqui Anhaldini diuersum tentiunt, adeò ut si reale opponatur imaginario, & ~~reale~~ pro ~~reali~~ accipiatur (sicut ab ipso D. Ioanne Matthæo secus accipi non potest, quando eandem hypostasin, licet natura incommunicabilem, facit tamen in Verbo communicabilem assumptæ carni, pag. 134.) nihil in Christo, nisi quod falsum sit, non reale esse, ingenua & clara voce profiteantur, id quod videre est paginis Defensionis nostræ 9. & 18. Ex hac ipsa igitur Antagonistæ hypothesi Anhaldinos non esse Sacramentarios concludimus. Cui enim definitio non conuenit (ut eandem cum ipso maximam, quam sic vocant Dialectici, huc accommodemus) eidem nec definitum conuenit.

**29.** Pag. 141. totam controuersiam dirimi posse scribit, si Vigilium audiamus & sequamur. Accipimus conditionem. Quis enim ex nostris vñquam reiecit Vigilium? quem Vbiquistæ, plus quam Ther-

Thersitica impudentia, vñà cum Theodoreto, inter Sacramentarios patronos abijcere, & pro sua autoritate (lcurrilitatem dixerit aliis quispiam rei indignitate motus) Dormilium scopticè nuncupare consueverunt.

Pag. 145. Ex Theodoreto sic argumentari videtur: *Audis Amlinge, hominem Christum in se continere omnem diuinitatem. Ergo non est absurdum, diuinam naturam cum proprietatibus suis essentialibus ab humana natura haberri, vel possideri.* Respon. Valet scilicet consequentia à disparatis, hoc est, à concreto ad abstractum. Item, mutato genere prædicationis visitato in inusitatū, seu regulari in figuratū. Id est, ut Antagonista ludit εἰρανεύόμενος, a baculo ad angulum.

Pag. 156 altipulatur Anhaldinis, quod exinanitio & exaltatio referenda sint ad personam Filij Dei incarnatam, hoc est, ad Iesum Christum. Is enim se exinanuit, & propriea Pater eum exaltavit. Hæc omnia probamus, ut orthodoxa, & contraria dogmati vbiquistio, de solius

naturæ assumtæ exinanitione, & glorificatione. Declarationem verò, quam adiicit D. Ioannes Matthæus : *Exinanuisse Christum, exuendo formam Dei, & accipiendo formam serui. Item, Exaltatum eundem esse, deponendo formam serui, & accipiendo donatum nomen, quod est super omne nomen.* Pag. 157. eam verò nemo concederit, nisi cum Arius inter formam & essentiam Dei, nec non cum Marcione inter formam serui atque essentiam hominis discernens ; adeoque cum Sabellio negans differentiam inter Deitatem mittentem, & personam missam ; cumque Monophysitis duas Christi naturas hypostatice unitas in unam tertiam essentiam conflans. In tot ne præcipitemur monstruosissimum errorum, vel potius furorum labyrinthos, humiliationem mediatoris, nequam ab incarnationis momento, sed potius ab ipso decreto reparationis nostræ, aestimamus. Et tres nominatim gradus humiliationis ascribimus Verbo, non tamen absolute, sed relativè consi-

considerato (ἢ μὴ θεολογίας, ἀλλ' ὀικενείας λόγῳ) videlicet intercessionem pro lapso genere humano in paradiſo; probationem decreti de ordine & modo reparationis nostræ, iam ante ipsius mundi fundamenta iacta; denique statuto tempore eiusdem decreti executionem, assumta carne. Nam horum trium graduum nullus in Christo naturæ humanæ competit. Deprecari enim ab initio pro genere humano, velle obœdientiam debitam iusticiæ diuinæ, & descendere de cœlis ad assumendam carnem, ut decreto illi satisfiat: hæc nemmo unquam rectè humanitati Christi assignauerit, nisi eandem cum Apollinaristis cœlitus descendisse somniet. Quæ autem postea in Verbo incarnato consecutæ sunt contumeliae & passiones, eas ad se quidem pertinere iudicauit Verbum, ταῦτα ὡς ὀικενεῖας λόγῳ (ut Damascenus loquitur) sed non nisi in natura assumta, istis obnoxia, sustinuit. Ut igitur exinanitio neutram excludit naturam, sed totius personæ est in utraque natura

subsistentis, seruata tamen utriusq; proprietate: Ita etiam exaltatio nec naturas confundit, nec personam dirimit. Verum hæc alibi prolixius à nobis & alijs sunt declarata. Constat Melanchthonem totam suam doctrinam de hodierna disputatione hausisse ex Ephesina Synodo, quam in responsione de controversia Stancari integrum extare in bibliotheca Phorcensi græcè scriptam testatur, dignissimam sanè, quæ hisce præsertim temporibus in lucem edetur. Sequamur ergo scholas Melanchthonias, & res plana erit. *Vocabulo enim EXINANIENDI, teste Melanchthonem, comprehenditur tota Christi humiliatio, in incarnatione, ministerio, passione, & morte: in qua non ita fulsit gloria divina, ut postea, cum exaltatus est ad dexteram Patris. Nam filius Dei dupliciter consideratur: ABSOLVTE & RELATIVE: sive, ut DEVS cum PATRE & SPIRITU SANCTO, &, ut persona missa ad obedientiam & humiliationem in passione & cruce, item ad annuncian-*  
*dum*

SECVNDA DEFENSIO. 185

dum Euangeliū. Respectu suip̄ius, id  
est, absolute, λόγος non potuit humiliari,  
sed respectu missionis. HOC EST, sic  
ut exinanitio totam humilationem Filij  
Dei complectitur, tanquam persona missa:  
sic exaltatio Christi referenda est ad glo-  
rificationem totius personæ, quæ post passi-  
onem exaltata est in regno & sacerdotio.  
Et si enim natura diuina secundum seſe,  
aut respectu sui ipsius, nec humiliari, nec  
exaltari, nec minui, nec augeri potest:  
tamen, quatenus consideratur Filius Dei,  
ut persona missa ad ministerium, & ad  
obedientiam, in passione & morte, recte  
tribuitur ei humiliatio: quia & vult obæ-  
dientiam, ad quam missus est, & non uti-  
tur contra vocationem potentia diuina.  
Postquam vero satisfactum est ira diu-  
na, & tempus humiliationis præterit,  
clarè agnoscitur diuinitas huius personæ,  
& conspicitur gloria regni & sacerdotij  
ipsius, quam habet secundum utramq; na-  
turam, de qua & in articulo symboli dictu-  
m̄ est: sedet ad dexteram Patris omnipoten-  
tis. Haec tenus scholæ Melanchthoniæ.

His omnibus astipulatur Augustinus,  
cuius vnicum hic aphorismum lectori  
considerandum subiecisse satis sit: *Mis-  
sio quippe Filij (inquit) exinanitio suamet-  
ipsius est, & forma seruialis acceptio: quod  
recte intelligitur, seruata etiam Filij cum  
Patre equalitate naturae.* Hæc ille in ca-  
put 6. Euangelij Ioannis, tractatu 26. pro-  
pe finem.

Etsi igitur per incarnationem Verbi ad  
summam dignitatem elevata est caro assumpta:  
tamen in disputatione de discrimine exi-  
nanitionis atq; exaltationis, non erat af-  
fensionis articulus (vt iam ante dictum est  
sapientius) nedum sessionis Christi ad dex-  
teram Patris in cœlis, cum incarnatione  
confundendus. Nec enim descendere de  
cœlis, & hominem fieri, idem est, quod  
in cœlos ascendere, & ad dexteram Pa-  
tris considere. Quin potius, ut assumta  
carne nostra fieret victima, descendit  
Verbum de cœlo; & ascendit tandem  
consummatis omnibus, vnde descende-  
rat, vt in eadem carne, in qua ab initio  
mactatus fuerat, Apoc. 13. regnaret ad  
dexte-

*SECVNDA DEFENSIO.* 187

dexteram Dei in cœlis, ad quam tamen Verbum ipsum nunq; regnare desierat: nedum ut accipiendo formam serui, propterea formam Dei exuisse vñq; dici possit. Desinat ergo ludere vocabuli exaltationis ὁμωνυμία seu æquiuocatione disputator, ne illud, quod extra controversiā est, in disputationē vocando, turbas in Ecclesia minimè necessarias vel inscius vel data opera foueat atq; augeat.

Quia autem D. Philippi autoritate in deprauādo dicto Phil. 2. abutitur, pag. 155. 32.  
opponamus eiusdem enarrationem, que in locis extat, & à reuerendiissimo principe Georgio Anhaldino &c. citatur in prima concione de natuitate Christi, pag. 18. vt sequitur: *Conuenit dictum Irenai de Verbo tempore passionis Christi requiescente, ad illud Phil. 2. Qui cum esset in forma DEI, id est, sapientia & potentia equalis Patri: non rapuit aequalitatē Dei, hoc est, cum missus esset, ut obædiret Deo in passione, non fecit contra vocationem, sed seipsum exinanivit, id est, non exercuit potentiam suam: & humiliauit se, for-*

*ANHALDINORVM.*  
 mam serui accipiens, hoc est, induens cum  
 humana natura mortalitatem: Habitum in-  
 tentus ut homo, id est, affectibus, paurore,  
 tristitia, dolore: &c. Hac Philippus in  
 locis. Huc congruit etiam Leonis ex-  
 plicatio ad Flauianum: *Exinanitio illa,*  
*qua se inuisibilis visibilem præbuit,* &  
*creator, ac Dominus omnium rerum, u-*  
*nus voluit esse mortalium, inclinatio fuit*  
*miserationis, non defectio potestatis.*  
 Obseruet autem pius Lector, tantam  
 fuisse Epistolæ illius ad Flauianum apud  
 Patres in concilio Chalcedonensi con-  
 gregatos autoritatem, ut non tantum  
~~τῆς ορθοδοξίας σύλη~~, hoc est, columnæ re-  
 Etæ fidei nominaretur, verum etiam in  
 tabulas decretorum eius referretur hic  
 canon: *Si quisquam textum illius, aut*  
*unum iota disputauerit, & non eam in o-*  
*mniibus venerabiliter acceperit, anathe-*  
*ma sit.*

33. Pag. 164. explicat disputator homo-  
 nymiam particulæ (SECUNDVM)  
 ex Petro Lombardo lib. 3. dist. 30. nobis  
 Dei beneficio nec ignotam, nec ingra-  
 tam,

tam, ne dum aduersam. Id quod in assertione quadraginta duum argumentorum aduersus Apologiam Erfurdiacam liquido demonstrauimus. Cumq; toties protestetur, has sibi disputationes minime esse ignotas, pag. 165. neg<sub>t</sub> ex ignorantia fluxisse, aut casu sibi excidisse. quod scripsit: Christum filium DEI esse, etiam secundum quod homo, pag. 166. Verissimum enim illud esse, si vox, SECUNDVM, unitatem personæ exprimat: Sed si causa, vel natura notetur, falsum esse, pag. 165. Hæc igitur cum ita se habent, nec quicquam hac in parte, quod in Anhaldinis quo iure quaue iniuria vel reprehendat iste vel carpat, proferre posse: Iane res ipsa loquitur, non tam scientiam Antagonistæ nostro, quam conscientiam deesse, & magis ab eo collegas ipsius, quam Anhaldinos, virulento isto scripto exagitari atq; refutari.

Vt autem discriminem est permagnum, sed ab illo minimè obseruatum (sicut videre est pag. 245.) inter has duas formulas: *Homo Christus, & Christus homo:* quoni-

quoniam vox posterior priorem (vt lo-  
quuntur) determinat: ita manifestum  
est (quicquid etiam suo more oggani-  
at disputator) longè aliud esse, quando  
Thomas inquit: *Christus, secundum*  
*quod hic vel ille homo, est Filius DEI:*  
Et aliud, quando D. Ioannes Matthæus  
inquit, pagina tractatus sui 48. *Christus,*  
*etiam secundum illud quod est homo, est*  
*filius DEI.* Nam cum dicitur; *SE-*  
*CVNDVM quod hic vel ille homo*  
*Christus, persona designatur: cum vero*  
dicitur; *secundum illud quod est homo, al-*  
tera in Christo, videlicet creata natura  
denotatur. Semper enim masculinū pro-  
nomen personam, neutrum autem na-  
turam exprimit. Ut docet Damascenus  
lib. 3. cap. 7. Vnde etiam, Thoma teste,  
*Christus, secundum quod hic homo, nequa-*  
*quam est creatura.* Loquitur enim pro-  
positio de persona, quæ non est creata.  
At, *secundum quod Christus homo, est*  
*creatura.* Exprimitur enim hac locutio-  
ne natura assumta. Verum cū res expli-  
cationibus loquendi formulis enunciari  
possit,

*SECVNDA DEFENSIO.* 193

possit, quorum istis tricis opus est?

Pag. 172. mentionem facit disputationis Theologicæ aduersus Vbiquitarios de persona Christi in Academia Moguntina, Anno 1583. 7. Calend. Septembr. habitæ. Cum ergo in eadem simul comprehensam habeat Anhaldinorum ~~wei~~ Jean Thysius sententiam, atq; ista omnia congruant cum Damasceno, qui præcipuas orthodoxæ antiquitatis gemmas hinc inde collectas in methodum redegit: age rogatum volumus D. Ioannem Matthæum, vt, quid vel à Damasceno, vel à suis ex Damasceno nuper collectis, & publicè Anni huius die 29. Maij VVitebergæ disputatis thesibus, Moguntinorum Theologorum sententia discrepet, nos erudiat. Hic Rhodus, hic saltet. Plane enim in ea sumus opinione grauissimis persuasi argumentis, theses nuper ex Damasceno, licet & methodo admodum perturbata, & genere orationis subobscuro (ne dicamus barbaro) propositas, quo ad sententiam cum Moguntinæ disputationis senten-

35.

sententia congruere. Cum igitur antecessoribus suis insultet homo ἀπόχαγενάκος, viderit ipse, ne catastrophē sibi attrahat tragicæ quam comicæ similiorem. Nihil enim illi à Damasceno diuersum docuerunt, ideoq; theses Ingolstadianas, quas sibi Antagonista noster ignotas esse simulat, commendarunt iuuentuti, tanquam veritati, etiam ab hostibus asserit, οὐοὐάροξ. Iste vero cum idem sentiat, ore aliud præ se fert suoq; adeò collegas si non apertè refutat, falso tamen deridet, ut aliquando, nisi mature sibi cauerit, duplo vapulet.

36. Illud demum peracutum est, quod lectori soluendum relinquimus: *Vbiq; regnat Christus secundum utrāq; naturam. Ergo ubiq; præstò est secundum utrāq; naturam. Vbiq; enim præstò sit oportet, qui ubiq; regnat.* pag. 179. Non absimile hoc est argumento D. Andreæ Musculi: *Illi autem profecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, Marci 16. Ergo caro Christi est ubiq;.*

37. Ceterū, tres modi presentie corporis Christi,

Christi, nobis quidem, si dextrè, id est, secundūm, non contra fidei analogiam explicitentur, minimè ingratī, nedum aduersi (*Localis* nimirūm, *sacramentalis*, & *personalis*) quos pag. 180. & deinceps perpetuò in ore habet disputatōr, aut ijdēm sunt cum tribus istis modis essendi carnis Christi, quos comminiscitur liber Concordiæ, pag. 717. *quorum primus est circumscriptius, alter definitius, tertius repletius*, quem Vbiquistæ vocant maiestaticum: aut ab ijsdem sunt diuersi. Si ijdēm, non opus est noua responsione, cum plus satis verborūm de isto commento in assertione nostra contra Apologiam Cupariam factūm sit: sin diuersi, eo ipso conuincitur D. Ioannes Matthæus, quod ab hypotyposi formulæ Concordiæ discedat, quam in ea prouidubio parte videt esse languidorem, quam ut, nō inquam defendi, sed curari possit, nisi οφω isto alexipharmaco adhibito. Quia vero nuper quidā ex collegis eius quatuor gradus præsentia etiam corpori Christi competere magnis cla-

moribus contendit; inter se prius conueniant, tresne, vel quatuor, an sex, siue essendi, siue (ut barbarorum terminis vtamur) ad essendi, hoc est, alicubi essendi modos constituendos putent. Anteque n. illud inter ipsos autores constitutum sit, nulla refutatione vel triceps, vel quadriceps, vel sexticeps istiusmodi commentum indiget.

38.

Pag. 132. & 183. molli brachio perstringit dogma Brentianorum, negantium localitatem corporis Dominici in cælo; nec dissimulat, ea ipsa opinione exui Domini in gloria membrorum corporis humani symmetria. Quid ergo in cœna relinquent Ecclesiæ, cum ne quidem veram corporis humani substantiam Domino concedant in gloria? En subscriptorum Concordiæ discordis harmoniam. Contra negantes enim localitatem corporis Christi in cælo disputat iste, licet trepidè propter corycæos, (ut existimamus) verè tamen: & quidem aperte contra formulam Concordiæ, quæ ascensionis articulum, quasi extra controuersiam positum, silentio præterijt.

Pag. 184. ambiguitate ludit: Nullibi esse Christum, vel potius τὸν λόγον SINE assumta natura: nec esse alicubi Christum hominem SINE humanitate. Illud enim (SINE) vel de separatione, vel de infinita carnis cum Verbo coexistentia intelligi potest. Et de illa quidem verâ, de hac vero falsissimâ erunt prædicationes. Ut enim post vñionem nulla carnis à Verbo separatio; ita ne quidem eiusdem cum Verbo infinita coexistentia statui vel admitti debet. Quomodo igitur constabit, quod pag. 185. scribit Antagonista: Non se agnoscere aliquam præsentiam Verbi, in qua non sit præsentia corporis & anime assumta. Certè enim, colloquente Domino cum Nicodemo, non erat corpus & anima Christi in cœlis, vbi Verbum erat; Et cum exanime corpus Domini iaceret in sepulcro, non fuit cum latrone eodem momento in paradiſo: licet nulla, etiā in morte facta esset Verbi ab anima aut corpore diuulsio. Verùm ista ita plana sunt, ut τὸ πεῖσμα τῆς ὁρθοδόξου θεως γοιχεῖα εὐ

negare oporteat, qui contrarium sentiat. Ac liberè opponimus Antagonistæ Vigilium Martyrem lib. 4. contra Eutychen ita differentem: *Namq; quando in terra fuit caro Domini, non erat utiq; in cælo. Et nunc, quia in cælo est, non est utiq; in terra. Et in tantum non est, ut secundum ipsam Christum speremus & expectemus venturum de cælo, quem secundum Verbum nobiscum esse credimus in terra, &c.*

Hæc cum ὁρθόδοξα sint procul dubio καὶ ἀληθινα, iudicet pius lector, qualia sint ista disputatoris κριτήρια, quando tēr mutatis verbis idem hoc en-thymema repetit: *Corpus Christi unum est persona Verbi. Ergo ubiq; est cum Verbo, seu, ubicumq; Verbum esse dicitur, ibidem etiam corpus Christi adesse, vel presens esse oportet.* pag. 185. Immo, quo-modo non ubiq; esset (inquit) corpus illud, cuius subsistentia est ipsa ubiquitas? Nam persona ἐλόγος, quæ sua natura ubiq; est, quid ab ubiquitate differt? Pag. 186. *Manuonego nihil vñq; audiisse nos fate-*  
*mur.*

mur. Etsi enim persona τὸ λόγος sua  
 procul dubio natura, cum Patre, & Spi-  
 ritu sancto ubiq; est: tamen nec perlo-  
 na τὸ λόγος cum ubiquitate, quæ essentia-  
 lis, adeoq; communis Trinitati, ratione  
 τῆς ὁμοσίας proprietas est, confundi de-  
 bet, quasi nihil prorsus ab eadem diffe-  
 rat, quod hic manifestè asseritur: nec in  
 Ecclesia orthodoxa exauditum esse inde  
 ab origine mundi unquam credimus,  
 quod naturæ mediatoris assumta subsisten-  
 tia sit ipsa ubiquitas: nisi forte in Sabel-  
 lianorum castra furenter irruere libeat.  
 Ut enim ubiquitas non est propria Ver-  
 bi, sed toti Trinitati communis: ita si  
 unio Deitatis cum assumta carne subsi-  
 stit in Ubiquitate: quomodo non tota  
 sacrosancta Trinitas incarnabitur? Si i-  
 sta Patres Bergenses inter se conciliare  
 possunt; *Essentia Dei est ipsa immensitas*  
 (de qua propositione minime dubita-  
 mus) Ergo persona τὸ λόγος *Nihil*  
 differt ab ubiquitate, & per consequens,  
 naturæ à Verbo assumta subsistentia est i-  
 psa ubiquitas: Si ista (inquam) inter se  
 possunt

possunt conciliare patres Bergenses, fatemur sane, nos obtusiores fuisse hactenus, quam ut istiusmodi plus quam Seraphicā Cabalam, vel ex ipso libro Concordiæ, cōmuni hæresium fere omnium sentina, ni mavis cloaca, suspicādo colligere potuissimus: tantum abest, ut ex sacro canone demōstrari posse credamus.

Simile Enthymema repetitur pag. 187.

**41.** *Corpus Christi locale assumptum est in unitatem personæ Verbi ubiqꝫ præsentis. Ergo corpus Christi locale præsens est, ubiung; Verbum dicitur præsens esse. Alias enim ne assumi quidem potuisset in unitatem personæ ubiqꝫ præsentis.*

Item: *Tota Verbi persona ubiqꝫ præsens est, non pars quadam eius.* pag. 229. *Tota Verbi persona ubiqꝫ præsens, non pars quedam eius, in assumto corpore, & corpus in ipsa subsistit. Ergo corpus Domini assumptum ubiqꝫ præsens est.*

Vel: *Personæ Verbi ubiqꝫ præsens est. Subsistentia corporis Christi est in persona Verbi. Ergo nullibi præsens est Verbum, ubi non simul est corporis assunti præsens. pag. 188. Maiore audacia afferit ubi-*

quitatem corporis, quam ipsimet Cuparij Triumviri, qui eam restringunt. Sed nos respondemus, a disparatis nihil sequi. Sunt enim quatuor termini. Aliud est, corpus Domini assumtum esse; aliud, esse personam in corpore assumto subsistentem. Item; differunt & ista: Totam Verbi personam esse; Et, esse corpus in tota Verbi persona subsistens. Etenim tota quidem persona Christi, sed non totum personæ vbiq; est. Quin potius Damascenum disputator audiat, dictum illud Seruatoris: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, καὶ τὰ πιστά, etiam post Domini resurrectionem soli Deitati ὡς Γερενῆς accommodantem. ὡς γὰρ Γεός (inquit) μεθ' ἡμῶν ἐσί. lib. 4. cap. 19.

Verum iste (ut est homo falsus) suis paradoxis fidē derogantes irridere pergit: *o vos (inquit) modicæ fidei.* pag. 189. Quorum ergo inter Scythas recensemur, homines prorsus nullius sanæ fidei, cum ne quidē Dominus ipse οὐδὲ οἰητούσες abiecerit, & infirmiores recipere, non perfundare, Apostolus iussit? Pag.

42.

**43.** Pag. 189. per omnipresentiam corporis Christi non intelligi infinitatem contendit. Cum autem pag. 186. subsistiam corporis Christi esse ipsam ubiquitatem scripserit, explicet ipse, quidnam ubiquitas & omnipotentia ab infinitate & immensitate differant?

**44** Pag. 190. sribit, quod totus Christus, adeoq; sua assumta humanitate tam vere & realiter omnibus creaturis praesens sit, quam vere & realiter humana natura in unitatem personæ & λόγος assumta est: &c. Verum ambiguitas latet in phrasí, assumta humanitate. Aut enim præpositio (CVM) sebintelligitur, ut ubiq; locorum carnem vñā cum Verbo præsentem coexistere putas, sicut Vbiquistarum vulgus intelligit: Aut sunt duo ablatiui designantes cōsequentiam, ut sit sententia nostræ ὡμόψηφος: Verbum nimirum, postquam carnem assumserit in utero matris, nihilo minus atq; ante incarnationem creaturis omnibus præstò esse, etiam sine carnis infinita cōexistentia.

Pag.

Pag. 191. 258. Humanam Christi naturam simul cum Verbo ubiq; esse contendit, 45.  
 sed diuerso modo. Verbum quidem proprietate essentiæ sue, naturam autem as-  
 sumtam, diuino quodam modo, rationi hu-  
 manæ incompræhensibili. Atqui ne qui-  
 dem Verbum alio quam diuino, huma-  
 næq; immo etiam angelicæ rationi in-  
 compræhensibili modo, est vbiq;. Quid?  
 quod formula Concordiæ pag. 718. 746.  
 refert omnipræsentiam carnis Christi ad  
 modum repletuum soli Deo proprium?  
 Et Apologia Erfurdica idem mysteri-  
 um corporis ubiquistici declarat secun-  
 dum modum dexteræ Dei? Est autem  
 Christi Deitas ipsa dextera Dei. Ergo  
 corpus Christi non alia ratione, quam  
 ipsa Christi Deitas, vbiq; est. Atque ita  
 pugnabit D. Ioannes Matthæus & se-  
 cum, & cum patronis suis.

Pag. 193. D. Heshusij sententiam de  
 ubiquitatis delirio videtur in dubium vo-  
 care, deg; ex ambigere: quasi verò acto-  
 rum Quedlinbergensium, quæ lippis &  
 tonsoribus nota sunt, quorumque ex-  
 Os 46. cerpta

cerpta nonnulla fide digna passim circumferuntur, solus ipse rudis sit & ignorans, de quibus vel collega ipsius in illo conuentu notarius docere eum poterat, nisi iurisiurandi religione, ut est homo singulari sanctitate & fide, addo etiam modestia, prohiberetur. Vivit autem optimus illorum testis D. Heshusius, qui si ubiquitatis commentum approbat, cur quædam etiam ex Polemicis Lutheri transcripta, libroq; Concordiæ inserta, non aliam ob causam, quam quod meretriculæ illi patrocinari viderentur, repudiauit? Veniet aliquando tempus, quando conscientiæ & Deo respondendum vobis erit, qui ad tribunal usque Christi nihil à formula Concordiæ diversum vos professuros sanctè receperitis, a qua tamen & calamo, & voce (id quod hæc tenus ex tuis istis pagellis non uno in loco demonstrauimus) nedum animis & voluntate dissentitis, hoc est, veritati dedita opera fucum facientes, Deo simul & magistratui, nedū credulæ plebeculæ ausu irreligioso illuditis. Attende enim, quanta cum sacræ deuotionis obli-

**SECUNDA DEFENSIO.** 203

gatione ἐνωπίῳ isti, ni mavis ὑεωπίῳ, vel  
potius κενωπίῳ, ηγγειοντικῷ manum  
dederitis. Hæc enim egregij istius syn-  
cretismi vestri quasi fiduciæ clausula est.  
Pag. Concord. Lipsiæ editæ 739. & 790.  
*In conspectu igitur Dei omnipotentis, &*  
*corā tota Ecclesia Christi, quæ nunc est, &*  
*que aliquādo in posteritate erit, clara voce*  
*& diserte testamur: quod declaratio illa*  
*nostra, de omnib. cōmemoratis controuer-*  
*sis articulis, & nulla prorsus alia, reuera sit*  
*nōstra doctrina, fides, & confessio. In ea per*  
*gratiā Dei, intrepido animo corā tribunalī*  
*Iesu Christi cōparebimus: de ea iusto iudici*  
*rationē reddituri. Contra hanc declaratio-*  
*nē etiā nihil vel occultè vel apertè loque-*  
*mur, aut scribemus: sed in ea, Dominō nos*  
*bene iuuante, usq; ad vitæ finē constantes*  
*perseuerabimus. In eius rei fidē matura cū*  
*deliberatione, in timore Dei, & nominis i-*  
*psius inuocatione, proprijs manib. huic de-*  
*clarationi subscripsimus, eāq; ofirmauimus.*

Item: pag. 597. Quod autem hæc sit  
omnium nostrūm fides, doctrina, & confes-  
sio (de qua in nouissimo illo die iudici Do-  
mino nostro I E S V CHRISTO

rationem reddere parati sumus ) &  
quod contra hanc doctrinam nihil veloc-  
cute vel aperte dicere aut scribere, sed  
per gratiam Dei in ea constanter perse-  
uerare velimus: in eius rei fidem, in vero  
Dei timore & invocatione nominis eius  
hanc epitomen proprijs manibus subscri-  
psimus. Actum Bergae 29. Maij, Anno  
Domini 1577. Hactenus verba obliga-  
tionis.

Mirum profecto, vos non toto pe-  
ctore cohorrescere, quoties sobria men-  
te vobiscum diram istam Pandoræ ve-  
stræ appendicem reputatis, vos præser-  
tim (inquam) qui non (vt quidam sub-  
scriptionem suam extenuantes se excu-  
sant) catechetice, verum criticè, vel po-  
tius hypocritice subscripsistis: nec quis-  
quam tamen vestrūm ea est erga Deum  
& veritatem, cui bellum indicitis, pietate,  
reuerentia, & candore, qui cum iis,  
quos Dioscorus in simili olim religio-  
nis negocio deceperat, seriò culpam de-  
precans profiteatur IMPROBÆ  
MANVS IMPROBAM SUB-  
SCRIPTIONEM. Pag.

*SECVNDA DEFENSIO.* 205

Pag. 195. *Præsentiam corporis Christi  
in Verbo, cum eiusdem in quo quis hordeo, 47.  
fæno, brassica, omnibusq; cantharis cere-  
uisiarijs omnipræsentia confundit, quam  
itidem disputatio Licentiatorum Vuite-  
bergensium, Anno 80. afferuit: qua au-  
toritate, quoque fundamento, vtrique  
viderint.*

Pag. 196. *Nullam (inquit) Verbi per-  
sonam agnoscimus, quām que in anima 48.  
& corpore Christi subsistit. Atqui eadem  
ab aeterno non subsistebat in anima &  
corpo Christi. Ergo vel ab aeterno  
nullam habuit, vel aliam per incarna-  
tionem ὁ λόγος hypostasin nactus est.  
Minime quidem negamus phrases illas  
orthodoxæ antiquitatis εἰς ὡν, εἰς οὓς, καὶ  
ἀπός. Veruntamen aliud esse censemus,  
cum Verbum in natura assumta, & cum  
natura assumta in Verbo subsistere dici-  
tur. Illam igitur ambiguitatem ab An-  
tagonista, non absq; doli & imposturæ  
suspicione, inexplicatam relinqu sub-  
ueremur. Quorsum enim ambiguis lo-  
cationibus opus est, vbi res planè & per-  
spic-*

spicuē enunciari poterat? Natura Christi humana per se ēvumīscens, facta est ēvumīscens καὶ σωματικὴ, secundām Damascenum, per assumptionem in unitatem personæ Verbi. Quod si ita in humanitate assumta subsistit etiam Verbum, quid Ario respondebimus blasphemè exclamanti: οὐ, οὐ τὸν οὐ. Erat, quando non erat?

Ceterum illud, in persona Verbi sub-

**49.** sistere, & ubiq; in Verbo praesens esse, quod toties de corpore Christi à p̄f. q̄s ille inculcat, vel pro æquipollentibus, vel pro necessariò connexis habeat, necesse erit. Atqui in praesepi, cruce, sepulcro &c. nulla erat corporis Christi ònipræsentia. Ergo ne quidē in persona Verbi tūm substituisse corpus illud conseruetur. Atq; in hac opinione esse formula Concord. pag. 718. manifestū est, quando secūdūm primū essendi modū (quali uſus est Dominus, cū in his terris corporaliter conuersaretur) furenter negat, corpus ipsius in D̄o (nedum Deo Verbo personaliter unitū) fuisse, aut hoc modo in cœlis apud Patrem esse. Pag.

Pag. 197. *κατ' ἄλλο causalem, non distinctiuam esse* contendit, quasi dicas, εἰς  
*ἄλλο.* Ut humanitas Christi non quidem  
 sua natura τῇ Φύσῃ, sicut diuinitas, sed  
 τῇ κάρει, ex gratia per vniōnem accep-  
 ta, siue θύεσθεν: ut dicebant Nestoria-  
 ni, sit omnipotens, omniscia, ubiq; . Ex  
 quo consequetur *καθ' εαυτὸν* idem vale-  
 re, atq; ex se se, *καὶ οὐκ θεν*, sed inepte, &  
 falso utrūq;. Nā hoc modo de solo Deo  
 propriè diceretur τῷ Ιησῷ εαυτῷ. Quid n.  
 habet cetera, quod aliud nō acceperint?

Pag. 198. *Non de natura* (inquit) *sed de persona* *quaestio* est. Sic igitur contra  
 disputatorem ex ipsius hypothesi ratio-  
 cinamur: *Corpus Christi ubiq; est, in quantum est persona: vel, Corpus Christi non nisi ratione personæ est ubiq;* pag. 210.  
 Sed ipsum corpus non est persona, nec  
 per se rationē personæ habet: verū in  
 Verbi assumentis persona consusten-  
 tatur. Ergo, licet illa persona, in  
 quam corpus vna cum anima Chri-  
 sti per vniōnem hypostaticam assumtum  
 est, procul dubio ubique præstò sit:  
 tamen

tamen ipsa humanitas assumta non est  
vbique. Nec enim consequens est, quae in  
Deo sunt, pariter cum Deo vbiq; esse: se-  
cundum Augustinum ad Dardanum.  
Et longè aliud est, personaliter vnitum  
esse Verbo, quam vbiq; cùm vel in Ver-  
bo creatis rebus omnibus præstò esse.

Pag. 199. *Credendam esse clamitat,*

**52.** *licet nulla ratione comprehensibilem cor-  
poris Christi omnipresentiam.* Respon-  
Nisi fidei præluceat expressum Dei Ver-  
bum, non est fides, sed mera phantasia,  
seu δόκησις, id est, imaginatio & opini-  
o, de qua scite Nazianzenus : ὄντος (in-  
quit) ἐγκεκριθῆσθαι.

Pag. 202. *Personam NON POSSE,*

**53.** *scribit, IBI esse TOTAM, VBI ambe  
nature, in quibus Christi persona substi-  
tit, non sunt presentes.* En tibi omnipre-  
tentiae Dei egregium assertorem, diserte  
videlicet negantem, posse hoc fieri,  
vt tota adsit persona Verbi, sine assum-  
tæ carnis infinita scilicet coëxistentia.  
Quid enim est omnipotentiae diuinæ mo-  
dum (vt ipse loquitur pag. 212.) prescri-  
bere,

bere, & terminū præfigere, si hoc non est?  
Aut igitur post salutiferū cōceptū, anteq;  
partus appropinquaret, dimidia tantū  
Verbi persona, nō tota fuit extra vterū;  
aut simul in vtero, & extra vterum vbiq;  
cū Verbo coëxtitisse carnē Immanuelis,  
concedendū erit. Vtrumuis statuas, totā  
symboli historiā fūditus euertes. Hic di-  
sputator arista acutior velit nolit (vt ipsius  
verbis vtamur, pag. 203.) cogetur quiesce-  
re, aut seipsum, si perget, præcipitē dabat.

Pag. 204. nouum κρονοφύγετον arri-  
pit, neg. humanam naturam ab omnipra- 54.  
sentia personæ, neg. diuinam à passione ex-  
cludendam esse afferens. Atqui ne hæc  
quidem ambiguitas dolo caret. Assen-  
timur autem, si exclusio naturarum se-  
parationi opponatur: sin earundem sta-  
biliat confusione, ita ut natura assumta  
et quæ ac diuina vbiq; esse, & hæc perinde  
atq; humana dolores, cruciatus, & mor-  
tem sensisse ac sustinuisse statuatur, mi-  
nimè gentium assentimur. Amplecti-  
mur enim propositiones illas: Tota per-  
sona Christi vbiq; est: et: tota persona

P passa

passa est, sine alterutrius naturæ exclusione, hoc est, separatione: verum de toto personæ tam ubiquitatem, quam passionem pernegamus. Passus enim est Christus carne, & ubiq; est Spiritu. Qui secus credit, contra fidei analogiam credit, & expertem fundamenti fidé iactat. Et si enim actiones & passiones, personæ sunt, respectu vñionis, nō naturarum separatim consideratarum: tamen etiam in ipsa vñione, non, nisi secundùm illam naturam, cuius sunt propriæ, personæ congruunt. Idq; planum est adeò, ut pag. 205. nostram tandem sententiam de duocrimine inter totum Christum, & totum Christi, prius à se reiectam Antagonista ipse approbet, secusq; docentes (hoc est, cæcos istos libri Concordiæ subscriptores) manifestè reprobet, atq; ita suo ipsius exemplo satis comprobet veritatem vulgaris dicti, quo monentur mendaces (quibus meritò etiam annuerantur Sophistæ) ut sint memores. εὐθὺν γδ τὰ οὐφεῖς, καὶ οὐφεῖς τὸ εὐθύν. Ac secundùm veterē versum: εὐθὺν μὴ γδ ἀπλῶς, παντοδαπῶς τη κρίνον. Pag.

Pag. 206. negat, se ullam corporis Christi ubiquitatem probare; Et pagin. 210. humane naturae Christi cum Verbo ubique locorum coëxistentiam explodere videtur: cum nihilominus paginae 205. & 208. personæ Christi secundum distinctionem naturarum diuersos omnipresentia modos attribuat.

Argutulum verò istud: Si ubiquitas diuina naturæ non est extensio, & diffusio in omnia loca mundi. Ergo nec ubiquitas corporis Christi potest esse coextensio, pag. 207. Redigat igitur corpus Christi ad substantiam Spiritus infiniti, nec omnipotētia membrorum obstat, quin ubique sit, non minus quam Deitas ipsa, cuius nulla moles est, sine vel extensione, vel diffusione ubique est.

Pag. 211. iterum simplicem, hoc est, satuam ac rusticam credulitatem seu <sup>duxuerebras</sup> pro fide commendat, & Amlingum perstringit, captum rationis in consilium adhibentem scilicet. Quasi verò ad mysteria regni cœlorum

ex sacro codice, vel rectè percipienda,  
vel ritè tractanda, Dominus ipse non re-  
quisierit in discipulis *v&vēχειαν*, vt Apo-  
stolus *Φρόνησιν*.

Quod sequitur pag. 213. (*Christum*  
**58.** *corpoře suo præsentē esse posse, V B I C V N-*  
*Q V E voluerit; ibiq; in primis, V B I se*  
*ad futurum, ut in sacra cœna verbo suo*  
*promisit) insanus, immo impius, & planè*  
*āheō esset, qui negaret. Sed corporis*  
*vbiuitatem id minimè fulcit.*

Pag. 214. & quinq; pagellis sequen-  
**59.** *tibus integris, sudat D. Ioannes Mat-*  
*thæus in excusanda depravatione dicti*  
*Christi: Nemo ascendit in cœlum, nisi*  
*qui descendit ē cœlo, &c. Ioann. 3. Ve-*  
*rūm cùm totus Patrum orthodoxorum*  
*confessus ibidem causam nostram agat,*  
*& disputator plerisque in locis ne qui-*  
*dem diffiteri ausit, se alio siue respectu,*  
*siue sensu, quam illos, de hoc dicto dis-*  
*seruisse, lector ipse dijudicer, nostram ne*  
*orthodoxa antiquitas, an verò noui isti-*  
*us declamatoris sententiam confirmet:*  
*cui quantum tribuendum sit, vel hinc*  
*etiam*

etiam in promtu est colligere, quod  
pag. 224. haud veretur asseuerare, optimam & verissimam exponendi Scripturam rationem esse, si ad quadruplicem illum sensum, Literalem sive historicum, Tropologicum, Allegoricum, & Anagogicum accommodetur. De qua barbarie (ne quid dicamus ἐμφατικῶν seu grauius) extat iudicium Domini præceptoris Philippi Melanchthonis in secundo Rheticorum: longissime procul dubio istius κοινωνίου anteferendum.

Pag. 222. alapam minitatur Amlin-  
go, ne characterem synagogæ Cainicæ,  
cuius proprium est non Verbo sed ferro, hoc est, carnis potius, quam Spiritus  
gladio pugnare, dissimulet. Et hic qui-  
dem nouorum Dialecticorum quartus  
est modus soluendi argumenta: secun-  
dum illud Antichristi, cuius idola & par-  
ticidia stabiliunt Vbiquistæ: Bombarda-  
gladio fun' hast' flammiloquentes. Seu  
(vt est inter græcos versus, quibus pseu-  
doprophetarum ingenia, moresq; & ar-  
ma describuntur, quiq; ante annos supra

60.

millesimum plus minus trecentos Patris Achaiæ, antiquissimis planè characte-ribus exarati in membrana, & epistolis Pauli ad Thessalonenses adiuncti fuile perhibentur) Βομβαδόξι φεστιχονευχεοτ πυρδιάλεκτοι.

**61.** Pag. 229. recurrit ad κρησφύγετον p-  
ginæ 138 Tota subsistentia Verbi, non pars  
aliqua subsistentiae eius (nam partem extra  
partem non habet) facta est subsistentia  
carnis. Sed tota illa subsistentia est ubiq.  
Ergo caro est ubiq.. Respon. Immo id,  
quod totum factum est carnis, vel potius  
carni subsistentia, est, & manet ubique,  
tam post, quam ante incarnationem, nec  
vnq; ab assumta carne diuellitur: licet  
caro, quæ est, manetq; finita essentia,  
propterea non simul ubiq; sit aut coëxi-  
stat. Propria enim Verbi assumentis  
non tollunt propria naturæ assumtæ, nec  
vnio hypostatica naturarum distinc-  
tionem abolet.

**62.** Pag. 232. sic argumentatur D. Ioan-  
nes Matthæus: *Filius Dei, qui illocalis est  
sua natura, loco continetur, propter corpus  
locale,*

SECVNDA DEFENSIO. 215

locale, quod assumptis: secundum Nazianzenum. Ergo etiam caro assumta in Verbo ubiq<sup>ue</sup>, præsens, & per consequens, simul localis & illocalis est, propter personam, in cuius unitatem est assumta. Quasi verò inter hominem Christum, & carnem Christi assumtam, hoc est, inter concretum & abstractum, quæ ibidem evidenter patet confundi, nihil sit discriminis.

Pag. 234. sineulla ratione impugnat, si quis ita ex ipsius hypothesi colligat: *Corpus Christi personaliter est ubiq<sup>ue</sup>.* Ergo & infinitè ubiq<sup>ue</sup> est: quia persona est ubiq<sup>ue</sup> tantum per infinitissimam immensitatem. Aboleat igitur symbolum de vnioco infinito atque immenso. Quid verò corpus Christi non concedit esse subiectum ubiquitatis, eo ipso impugnat totum libri Concordiæ & eiusdem Apologiæ systema, in quo summa contentione asseruntur & defenduntur abstractiæ istæ locutiones: *Caro Christi est omnipotens, omniscia, ubiq<sup>ue</sup>.* Erroris igitur condemnat D.Ioan. Matthæus

thæus illos ipsos, pro quibus se dimicare simulat, Deum simul ac homines ludibrio habens.

**64.** Pag. 235. quartum præsentie Dei modum, quem εξάρπετον appellant veters, hoc est, singularem, soliq; massæ illi indiuiduæ competentem, quam sibi hypostaticè in utero Deiparæ virginis copulauit ὁ λόγος, ad creaturas in genere extendit, modumq; præsentie Dei personalem APVD CREATVRAS nominat. Quod quām sit à pijs auribus abhorrens, lector pius etiam nobis tangentibus dijudicabit.

**65.** Cui etiam illud æstimandum relinquimus, an nō aperte Nestorianismo patrocinetur propositio ista ἀπλῶς enūciata? quod verum humanū corpus cum anima, salvo corporis modo & natura, infinitam habeat subsistentiam. pag. 236. Nisi enim cothurnis Antagonista delectaretur, ab istiusmodi ἀμφισσίαις & phrasium flexiloquarum καγκυτομίαις procul dubio abstineret.

Pag. eadem scribit, *naturam finitam* 66.  
*& persona infinita, id est, ab ubiquitate,*  
*vel infinitate finiri, terminari, personari,*  
*& individuari.* Confundit ergo personam Verbi cum essentia, quæ est toti Trinitati communis, adeoq; Sabellianismum in Ecclesiam inuehit. Quod sic probamus: Id, in quo natura Christi assumta personatur & individuatur (licet enim nobis hic vti ad explicandam rem ipsam barbaris alioquin Scholasticorum verbis) caro factum est. Sed in ubiquitate, vel infinite, quæ est communis Patri, Filio, & Spiritui sancto, personatur & individuatur natura Christi assumta, secundum D. Ioannem Matthæum, pag. 236. Ergo ubiquitas, vel infinitas Patris, Filii, & Spiritus sancti, hoc est, ipsa Trinitas in communi essentia, non essentia in una Trinitatis hypostasi incarnata est: secundum Sabellium.

Pag. 240. & paſsim vrget regulam à præceptoribus traditam, *quod ad diu-  
ſionem operum sequatur diuīſio persone.* 67.  
 Sed ab iſdem præceptoribus traditā etiā

alterā regulā obseruare debuisset, quodd ad confusione operū sequatur confusio naturarū. κατάληλος γάρ η φύσις τῆς συνεργείας, καὶ τῆς φύσει η συνέργεια, secundum Damas. lib. 3. cap. 36. Atq; hæc Eutychetis, illa Nestorij blasphemiae opponiuntur. Et in hanc manifestè impingit disputator, pag. 243. quando hypostaticam durum in Christo naturarum unionem non pati scribit, ut propriè loquendo possimus dicere: hoc agit diuina natura Christi, & illud facit humana eiusdem natura. Quid igitur Damasceno (quem confitit, ex scriptoribus veteribus Ecclesiæ summam sanæ de Deo doctrinæ diligenter collectam, quæcumq; libris complexum, eosq; ἔνδοτιν ἀντίτιν τῆς ὁρθοδόξου πίστεως interpres) respondebit? γάρ δὲ γέωνται τὸν Λάζαρον η ἀνθρωπίνη φύσις, γάρ δικρόνη η θεῖκη εἶχεσσια. τὸ μὴ γάρ δικρόνον τῆς ανθρωπότητος οὐδείς, η δὲ γέων τῆς ἐνυποστήτες γάντις. ἀλλ' ὅμως καὶνῶς ἀμφοτέρων ἐκάπερ, Διὸ τὸ αὐτὸν τῆς ψαυτοῦ σώσεως. lib. 3. cap. 35.

68. Pag. 260. 261. 265. 267. duplēm finit

git in Christo ubiquitatem, personalem, & naturalem. Erit ergo multiplex ubiquitas, cum tres in Deo personæ sint, & solus Filius ubiquitas sit communicabilis. Verum hæc omnia contra symbolum. Opponamus igitur Vigilij illud: *Si Verbi & carnis una natura est, quomodo, cum Verbum ubiq. sit, non ubiq. inueniatur & caro?* lib. 4. contra Euthy-chen. Eadem enim consequentia per inuersionem nobis argumentari licebit: *Si caro, propter ea quod personaliter Verbo unita, & nusquam extra Verbum est, ubiq. est cum Verbo, erit eiusdem cum eodem naturæ seu generis. & conditionis, opusque, non opuscarinis seu connaturalis, secundum Monophysitas.*

Sed non est eiusdem, verum longè diuersissimæ naturæ. Non igitur pariter cum Verbo ubique est, licet personaliter Verbo unita sit, & nusquam existat extra Verbum. Nec enim effugium istud in causam illi quicq; profuerit, quod semper addit, se loqui & intelligi velle de carne in Verbi persona; cum extra Verbi

Verbi personam ne esse quidem carnem Christi constet, & Chalcedonense decretum (ut iam antè dictum est) expressè doceat, in persona Verbi multò MAGIS naturæ assumtæ proprietates seruari, quam videlicet in vlo mortalium, quorum personæ sunt impuriores & fragiliores, seruari vñquam possent. Assumpta enim est, ut seruetur, non ut aboleatur.

**69.** Pag. 261. *Naturas Christi inter se in-communicabiles esse* scribit, id quod liber Concordiae ex Theodoro Rhæteni, & Suida, inter Samosateni & Nestorij errores, vel potius furores retulit: ut supra dictum est.

**70.** Pag. 262. fatetur, *subsistere carnem in tota persona Verbi personaliter, ita ut à tota persona sustentetur.* Verùm id supra in Amlingo repræhendit.

**71.** Pag. 263. & nouè, & periculose loquitur; *Naturam finitam* (ut est corpus Christi) *ratione infinita sua persona, in qua subsistit, esse ubiqz: non quod ipsa in se sit infinita reddita, sed quod salua sua finita-*

SECVNDA DEFENSIO. 22.

finitate, ubiquitatem in persona sua infinita possideat, & cum persona communis communem habeat. Sanè istiusmodi co-thurnis neq; illustratur, neq; stabilitur, neque propagatur veritas.

Eiusdem farinæ est (nostris certè auribus hactenus inauditum) quod se- 72.  
quitur pag. 264. Personam Verbi extra terminos diuine naturæ extendi, & com-municabilem esse, quamvis natura diuina, per quam persona subsistit, nō extendatur. Addantur enim οὐφα Φάρμακο, ut possunt, nostro tamen qualicunque iudicio longè cōsultius fuerit, ἡστίπωσιν ιατρόντας λόγων receptam & appro-batam ab Ecclesia, iuuentuti instillari ac commendari.

Quām verò elumbe & friuolum i-  
stud sit, quod pag. 266. 270. 271. nobis  
ter repetitum opponit, ex sequenti col-  
lectione estimet lector: λόγος seu Fili-  
us Dei, quamvis natura ubiq; sit, solum-  
modo tamen in utero Deipare virginis,  
& non ubiq; humanam naturam assumisit.  
Ergo etiam corpus Christi licet ab instanti  
conce-

*conceptus personaliter* (ut Antagonista contendit) *vbiq; sit*, *in solo tamen Dei paræ virginis utero conceptum est.* Respondemus, neque à concreto ad abstractum, neque ab infinito ad finitum, hoc est, à disparatis valere argumentationem: ita enim sequeretur, Christum esse bicorporem, vel multicorporem, quod de Geryone Poëtæ fabulantur. Inuentamus ergo syllogismum disputatoris toties, ceu cramben, recoctum & appositorum. Siquidem enim corpus Christi neq; à λόγῳ vbiq; assumptum, neq; vbiq; terrarum crucifixum, aut sepultum est: ergo neq; à momento conceptionis, neque tempore passionis vbiq; illud fuisse, necessario concedendū erit. Et per consequens; non soluitur persona, etiam si vbiquitatem corporis Christi negemus.

Pag. 267. *Corpus Christi personaliter* (inquit) *vbiq; est.* At idem pag. 505.  
**74** *Necesse*, inquit, *esse*, *ut omne prædicatum insit subiecto*, *de quo dicitur.* Ergo corpus Christi est persona. Vel: *Corpus Christi localiter patitur, & personaliter est*

*est ubiqz.* Ergo, ut à localitate locale dicatur, ita à personalitate quiddam personale, & ab ubiquitate infinitum dicetur. Et sic locale simul atq; illocale erit, sumq; ipsius habens PER SE hypostasin. Dici enim de aliquo requirit inesse. Si hoc negetur, vrgemus aliud: *Humanitas Christi* (in eo enim nobis astipulatur D. Ioannes Matthæus) non est subiectum omnipotentie, omniscientie, onipresentie. At in propositionib. abstractiis de Christi humanitate, ut subiecto, ista omnia prædantur. Ergo propositiones abstractiæ, quas sic vocant, sunt false. Atq; ita noster Antagonista refutat ipsem et Apologiam Erfurdensem, cui se se patrocinari simulat. Hem consensum.

Pag. 269. *Corporis Christi* (inquit) *v. 75.*  
*biquitas personalis, nulla alia est, quam ubiqutas persona Verbi:* At ubiquitatem personæ Verbi pag. 261. simul essentiam seu naturalem esse fassus est. Ergo etiam corporis Christi biquitas, quam asserit, simul essentialis seu physica est. Quod si negauerit, tric  
pli-

pliciter Christum vbiique esse statuat oportebit: Bifariam nimirum secundūm diuinam naturam, *qua & naturaliter, & personaliter ubiquitatem habet*, vt scribit pag. 26j. & tertio secundūm corpus, *non quidem naturaliter simul & personaliter, sed personaliter tantum.* Quis autem istos cothurnos non iure excretur.

**76.** Pag. 271. Per Amlingi latus suggillas Brentium, tribuentem vni eidemq; corpori Christi simul localitatem & illocalitatem, vt & visibilitatem & inuisibilitatem, pag. 12. De personali vnione.

**77.** Pag. 274. Ne illam quidem propositionem inuiolatam relinquit, *qua idem Christus* (secundūm aliud videlicet & aliud, vt Cyrillus loquitur) *& passus, & non passus esse dicitur.* Id quod etiam in Cyrillo repræhendebat olim Nestorius, *ανηλογιαν esse obijciens*, quod eundem Filium Dei passibilem & impassibilem affirmaret. Item: *Ubiquitatem corporis Christi personalem* (quam sic vocat) contendit disputator, *esse articulum fidei.* Pag. 275.

*SECUNDA DEFENSIO.* 225

Pag. 279. *Amlingum cum socijs suis perfidè negare criminatur, Filium Dei, in 78. quantum homo natus, aliquid (qualecunq; sit) per incarnationem realiter accepisse in tempore.* Verum hoc nunquam infinitatum esse Amlingum adeò certum est, ut etiam hanc ob causam ab Apologiae Erfurden sis autoribus nominatim perstringatur. Iterum ergo, cum quibus hic pugnet, disputator viderit,

Pag. 285. *Christus homo factus omnipotentiam in tempore accepisse* scribitur à 79. Luthero secundum humanitatem. Et rectè. Secundum enim hoc loco unitatem personæ manifestatæ in carne significat: nisi forte testimonium Pauli Roman. i. ibidem adscriptum *τοῦ τέσσερατην ιησοῦ χριστοῦ διώματος, &c.* ad ipsam carnem potius, quam ad Verbum incarnatum restringere libeat. Nihil ergo istis testimonij subleuantur Vbiquitarij.

Quin potius Antagonista pag. 286. 80.  
suum ipsius Clerum refutat, diserte scribens: *Potestatem vita & iudicij, non ad naturas Christi, sed ad personam Filij*

Dei referendam esse, &c. Et approbat Anhaldinorum intentiam, quod dari apud Euangelistas non respiciat nudam carnem, sed determinatio sit officij, incumbentiis toti persone. Quorsum igitur hæreleos eodem condemnare audet? Vbi nam officij Christi naturam assumtam realiter partipem esse negavit Amlingus? An te non pudet D. Ioannes Matthæus istius ματαρόθης, tamque spurci mendacij, quale habet pagina impurissimi scripti tui 290? An enim humanam in Christo naturam indicis simul partes obituram negemus; cum non nisi in ea forma, seu natura apparitus sit, & habiturus ē τὴν παλιγγενεσίαν assessores Apostolos, collocatos Τῇ δώδεκα Ἰρόντος, ut iudicent duodecim tribuum Israelitas? Matth. 19. Luc. 22. Fides enim Apostolorum (qui & ipsi ex Israële oriundi fuerunt, iisque viri idiotæ, & tamen Christum amplexi, atq; ministri regni Dei facti) Israelitis omnem excusationem admittura est: id quod etiam de Nineuitis, & regina Austri perhibetur. Matth. 12.

Verum

SECVNDA DEFENSIO. 227

Verum hanc totam quæstionem de datis Christo copiosissime explicatam inueniet lector, arguimento secundo recentis nostræ assertionis aduersus quartum caput Apologiæ Cupariæ.

Pag. 296, 300. negat, utrumq; statum **81.**  
*exinanitionis & exaltationis tantum ad naturam assumtam restringendum esse.*  
Iterum ergo contra Vbiquistas Anhaldis astipulatur, illosq; per Amlingi latuus contredit, licet aliena a formula Concordia se minime docturum protestetur,  
pag. 299. memor scilicet deuotæ & sacratissima illius *& evanescere* obligationis ac subscriptionis, de qua paulò ante dictum est.

Pag. 304. 305. *Humiliationem Mediatoris excludit à veteris testamenti Ecclesia, ubi Verbum nondum caro factum erat.*  
Qualem igitur primi parentes Mediatores habuerunt, aut quomodo mactatus est agnus Dei ab initio? Apoc. 13.

Pag. 307. Prorsus uno ore animoq;  
cum Anhaldinis omnipotentiam, omni-  
presentiam, & omniscientiam scribit hu-

manitati Christi non in abstracto considerata & realiter competere, sed homini Christo: propterea quod homo Christus personaliter idem est, qui Filius Dei. Imprudenter igitur ac stolidè, si hæc vera sunt, ut proculdubio verissima sunt, D. Helius Episcopatu se exui passus est. Et meritò exploduntur abstractiæ propositiones, assertæ in Apologia Erfurdensi. Qua igitur conscientia ab eo, idem prorsus nihilq; aliud sentiens docens ue Amlingus, proclamatur Sacramentarius? Audiamus enim quid porrò concedat D. Ioannes Matthæus: *Si dicas (inquit) Christus est omnipotens secundum diuinam naturam, concedo, non nego.* Quid ergo concedis? *Concedo, per particulam distinctiā dici, Christum esse omnipotentem secundum diuinam naturam, non secundum utrang.* His igitur concessis, quid in Amlingo, quod iure culpes, reliquum fiet? Hæc enim omnia, nec est quod dubites, αμφοῦ (ut in proverbio est) Amlingus amplexabitur, eadem tecum confirmans (ut scribis pag. 319.) de con-

concreto, quæ tamen rectè negas de abstracto.

Quid? quod manifestè contradicis  
tum Brentio, tum Selneccero, quando 84  
addis, quod natura assumta nullam in se  
habet omnipotentiam sibi realiter com-  
municatam. pag. 308. Ille enim (quod  
negari non potest) duplē Christo o-  
mnipotentiam (communicantem & com-  
municatam) affinxit, & hanc iste IN  
SE SE habere Christi carnem scriptitat:  
Vnde etiam recens illud commentum  
exitit, quod aliud sit omnipotentem, omni-  
scium, & omnipresentem dici τὸ εἶναι, ali-  
ud τὸ ἔχειν. Item, esse in natura assumta  
καρκίνα θρονῶδες, quod in assumente  
sit idiopua στιῶδες.

Sic pag. 310. contra totius libri Con-  
cordiae systema & scopum decidit; eius-  
modi communicationem Idiomatum rea-  
lem, qua respectu naturarum esse dicatur,  
neg, in rerum natura esse, neg, cum doctri-  
na catholica de duabus naturis in Christo,  
inconfusè & inconuertibiliter unitis, con-  
cordare. Quid autem pro Amlingo pos-  
set dici clarius? Q 3 Pag.

Pag. 315. per calumniam obijcit *Sacramentarijs* (quos sic vocat) quod neget, unam & eandem Christi personam, siue appelletur Deus, siue homo, humanas & diuinis proprietates habere; humanas & diuina opera communiter efficiere. Quin nominet calumniator enim, qui vñquam id negarit, vt conueniri possit. *ἄλλο γὰρ δύσκολα τινῶς, ἄλλο δὲ δυσφάντως λέγεται*, secundum Theodoreum. Nec satis est obijcere crimen, nisi, idem confitum non esse, rationibus minimè fallentibus confirmes.

Pag. 316. *τὸν ἰδιομούνταν*, seu (vt Damascenus loquitur) *ἰδεῖσθαι*, qua natura assumta propria fit assumentis Verbi, extendit eō usq;, ut etiam Verbi assumentū diuinitatē carnis assumtā factam esse propriam contendat. Sed veniam nobis dabit hac in parte assensionem suspendentibus, donec, quod temerè afferit, ex auctoribus receptis & orthodoxis probauerit. Acquisitum enim & assumptum (nisi *καταχεισθώντας* loqui velimus) proprium fit acquirentis & assumentis, non contra. Pag.

Pag. 321. Ut fraterculos suos placaret, Epilogi loco conuicijs obruit Amlingum. Talibus enim flosculis gregales suos suauiter frui, atque istiusmodi elegantijs delicatulas iplorum aures oblectari non ignorat. Verum ista, quæ sua semet ipsa vanitate, nobis tacentibus, refellunt, confutare superuacaneum fuerit. Adeo igitur, quæ restant, progrediemur. Satis enim iam satis absurdorum numerus accreuit, cùm ad octoginta duo superiora paradoxa, quæ in prima nostra Defensione notauimus, alia nunc 88. accesserint, ut nimirum amicus & popularis noster suo exemplo fidei faceret, **NIHIL ESSE ERAT RORE FOECUNDIVS;** atq; secundum Aristotelem, ἐν τοῖς ἀτόναις δοθέντες μὲν ἀποτελεῖσθαι. Cum enim fides Christiana sit una copulativa, ut habet tritum illud Theologorum axioma, scienter & perite dixit Irenæus: *Opnia ubiq. male intelligendo peruertere eos, qui unum nolint recte intelligere.*

*ANHALDINORVM  
CAPVT TERTIVM.  
QVOD EXTRA OMNEM CVL-  
pam causamq[ue] Anhaldinis  
errores Sacramentarios obijciat D. Ioan-  
nes Matthæus, quorum ipse met culpa  
omnium maximè teneri  
conuincitur.*

**C**ONSTAT EX HISTORIA Ecclesiastica Eusebij, lib. 4. cap. 17. tam fuisse quondam apud Ethnicos Imperatores exosum Christianorum nomen, ut satis existimârint causæ ad subiiciendos exquisitissimis suppliciorum tormentis homines cuiuscunque ætatis, sexus, ordinis, aut dignitatis, quibus saltem id nomen tribui comperissent. Et enim Lucius quidam, vir Christianus, audiens ab Vrbicio iudice capitis damnari multo prius carceris squalore maceratum Ptolemæum, hanc vnicam causam, quod Christianum se profiteretur, graui eum oratione reprehendit: *Quid queso (inquiens) causa est, quod neg adulterum, neg corruptorem, aut ho- mici-*

micidam, aut latronem, raptoremq; aut alterius cuiuslibet facinoris reum, sed tantum pro nomine Christiano, quod hoc se vocabulo confessus est nuncupari, ad mortem duci hominem pracepisti? Non sunt hac digna pio Imperatore, nec sapientissimo pueru filio eius, neq; sacro senatu, que agis o Vrbici. At ille nihil aliud inquiren̄s, videris mihi (ait Lucio) & tu Christianus esse. Cumq; Lucius respondisset, hoc plane sum: etiam ipsum Vrbicius rapi pariter iussit ad mortem. Ille, Gratias, inquit, ago, quod me nequissimorum dominorum servitio absolutum, ad bonum & optimum Patrem & Regem omnium Deum remittis. Sed & tertius quidam, pari in profitendo nomine Christiano orationis libertate usus, pari quoq; necis supplicio affectus est. Hæc Eusebius.

Quibus non dissimilia Iustinus prisquam proprium (ut iterum Eusebij verba retineamus) desudaret, aliorum, qui ante se martyres extiterant, describens agones, in primo defensionis suæ libro refert, huiusmodi tandem Apo-

Q5 phthe-

phlegmate addito (quod euētus postea  
comprobauit, quando turpisimi homi-  
nis Crescentis Cynici, & Φιλοσόφων, ἀλλὰ  
Φιλοκύρων, tām moribus quam pro-  
fessione canis, virulentia & infidijs ad  
martyrium raptus est) Et mihi (inquiens)  
ab aliquo istorum, quibus pro veritate re-  
stisti, similes spero paratas insidias. Vide-  
at lector Christianæ antiquitatis studio-  
sus historiam illam, ut memoria di-  
gnissimam, ita genere orationis terso  
grauisq; deserptam ab ipso Iustino phi-  
losopho & martyre, in exordio primæ  
ad Senatem Romanum pro Christianis  
Apologeticæ.

Eandem in sententiam, iniquita-  
tem dominantium pios ob solam nomen-  
cationem, luculenter & præclarè refu-  
tat in Apologetico aduersus gentes Ter-  
tullianus, inter Latinos Ecclesiæ scrip-  
tores antiquissimus, *SOLIVS NOMI-  
NIS PROELIVM* id vocans: ad-  
dita grauiſſima hac sententia: pag. 809.  
 Christianus, si nullius criminis nomine re-  
us est, valde infestum, si solum nominis  
crimen

*crimen est.* Et paulò post: pag. 811.

*Nunc igitur, si nominis odium est, quis nominum reatus? Odio enim est in nominibus innocuis etiam nomen innocentium.*

Hæc ille, & alia quā plurima, quæ prudens ac diligens lector ex ipso auctore cognoscere poterit.

Quod autem iam olim Christianis accidit, ut nullius conuicti vel erroris, vel sceleris, ab hominibus sceleratissimis ad necem usq[ue] diuexarentur: idem hac nostra (proh dolor) ætate experimur, qualvisq[ue] adeo inuidiosum esse cœpit, non sine probro & obloquio melia Christiani nominis, ab hoste tranquillitatis Ecclesiæ Diabolo confictum Calvinistarum & Sacramentariorum, immo etiam Lutheranorum nomen, ut qui alteri insidias struere, & capitibus periculum creare cupiat, satis sibi putet, si quo iure quæve iniuria, vel apud nostros Sacramentarium, aut Calvinistam, vel apud Pontificios Lutheranum illum proclamet. Quid? quod nihil tam absurdum & ab omni religione alienum est, quod non

non inter articulos fidei recipiatur, & oraculi instar adoretur, ac colatur ab ijs, qui perinde ac si, nullo prorsus veritatis aut falsitatis discrimine habito, quidlibet pro quoilibet temere approbare, hoc est, cum ratione insanire summa sapientia sit, moderatores, & ad verbi diuini normam exigentes religionis controversiam, Sacramentarios esse persuaderi sibi patiuntur. Recte enim sentire idem illis videtur, atq; ab alijs, quos oppressos cupiunt, dissentire.

Qua ex re præter cetera mala incommodum illud longè maximum in Ecclesiam inuasit hactenus, ut veritatis fundamenta pleriq; nec inuestigent, nec curen, sed quò quisq; imperitior, & in cumulandis ausu profano Sectatorum nominibus, traducendisque ijs, quos præconceptis opinionibus & cupiditatibus suis aduersari putat, amarulentior, vel si maiis, impudentior est, eò religiosior existimetur, zeloq; pietatis præditus flagantiore.

Eadem igitur arte D. Ioannes Matthæus

thæus in theatro suo applausum captans,  
aduersus Amlingum calatum acuit, &  
Anhaldinam confessionem erroris Sa-  
cramentarij suspectam reddere conatur,  
quam tamen, suæ ipsius conscientiæ te-  
stimonio conuictus, ne in vnica quidem  
syllaba erroris vlliis conuincere potuit,  
quantumuis eam in istorum gratiam,  
quorum se gregi ventris aggregauit stu-  
dio, διατήλια βάζω, miris modis exagi-  
tet, & planè rabiosi instar canis allatret.

Verum ne hac quidem in parte pro-  
lixa opus est Amlingo responsione, qui,  
primùm Apostolicæ memor commone-  
factionis, ad probrofa illa Calviniano-  
rum & Sacramentiorum nomina cum  
Nazianzeno respondet: Χριστανός εἰμι &  
νῦ δέχομαι παρὰ τὴν ἀνθρώπων ὄντων  
γένεται, παρὰ Θεοῦ γεγονός. Tibi vero D.  
Ioannes Matthæe, qui pro Christiani-  
smo Lutherismū venditas, Lutherus  
ipse (sanctum Dei organum) respon-  
deat.

Audi enim, quid scripsiterit, Tom. 2.  
Germ. Queso, inquit, nomen meum sileri,  
neg,

neg, quenquam Lutheranum, sed Christi-  
anum perhiberi. Quis n. est Lutherus? ta-  
men mea non est doctrina, nec pro quo-  
quame ego in crucem sublatus sum. Iniquè  
ferebat Paulus, Christianos se nuncupare  
Paulinos aut Petrinos, quos Christianos  
vocari par erat. Vnde autem hoc mihi mi-  
sero & putido vermium viri, ut Christi  
liberos aliquis contemptissim⁹ meo nomine  
appellet? Absit hoc à nobis, dilecti amici:  
quin abolitus nominibus schismaticis Chri-  
stianos nos appellemus, qui Christi doctri-  
nam amplectimur. Papistē merito nomen  
usurpant schismaticum, quandoquidem  
non contenti doctrina & nomine Christi,  
etiam Papa sectatores haberi volunt. Sint  
igitur Papæ sectatores, quia Papam agno-  
scunt magistrum. Ego nec ullius sum, nec  
esse volo Magister. Ego cum Christiano-  
rum Ecclesia unicam catholicam Christi  
doctrinam amplector, qui solus noster est  
Magister. Matth. 23. Hactenus Lu-  
therus, cuius verba ita interpretari co-  
nati sumus. Quantum igitur, quite Lu-  
theranum profiteris, à Lutheranæ inge-  
nuitatis candore absis, intelligis. Au-

Audi etiam Athanasium, omni exceptione maiorem illum orthodoxæ sententiæ & fidei testimoniem. Sic autem ille in oratione secunda contra Arianos: *Nunquam populus Episcoporum suorum, sed Domini, in quem creditum fuit, nomen usurpauit.* Certe non a beatis Apostolis praeceptoribus nostris, ministrisq; Euangelij Seruatoris nostri, nomenclationem adepti sumus, sed a Christo Christiani sumus, & perhibemur. Illi vero, qui aliunde fidei sue originem deducunt, merito auctorum suorum vocabula, puta eorum, quorum asecole sunt, usurpant. Quapropter, cum omnes a Christo, Christiani essemus, & diceremur, explosus est Marcion heresiarcha: reliqui autem, qui cum explosore Marcionis remansere, Christianorum titulum retinuerunt: qui vero Marcionem sectati fuere, non Christiani deinceps, sed Marcioniste nuncupati sunt. Neque vero hic solum, sed etiam Valentinus, Basilides, Manichaeus, & Simon Magus sectatoribus sua vocabula impertierunt, indeq; factum, ut alij Valen-

Valentiniani, aliij Basiliidiani, aliij Manichai, aliij Simoniaci, aliij Cathaphryges à Phrygia, aliij à Nouato Nouatiani vocati sunt. Ita Melitius cieclus à Petro & Episcopo & martyre, repudiato Christianorum nomine, asseclas suos ex se Melitianos denominauit. Èdem quoq; ratione, beato Alexandro Arium cíiciente, ij, qui Alexandro adhæserunt, remanserunt Christiani: illi verò, qui unà cum Ario secessionem fecerunt, nomen Seruatoris nostri Alexandro cum suis relinquentes, Ariani deinceps appellati sunt. Hæc ille.

Expende porrò, si libet, Ignatij illud in epistola ad Magnesianos: *Dignos nos exhibeamus cognomento, quod acceperimus: qui enim alio nomine appellatur præter istud, hic non est Dei: non suscipit prophetiam illam, que nobis ait, vocabitur nomine nouo, quo Dominus nuncupabit eum, & erit populus sanctus.* Quod & impletum est primò in Syria: nam in Antiochia discipuli Christiani appellati sunt, Paulo & Petro Ecclesiam fundantibus, &c.

His

His ergo subscribens Amlingus  
 (μανικὸν γὰρ καὶ θρασὸν καὶ τῷ γεννούσῳ σκέ-  
 νων, καὶ τῆς πίστεως δόξεων τῷ γλαῦπαν κινέν,  
 secundum Theodoreum) adeò non a-  
 stipulatur ijs, qui Christiani nominis ob-  
 liti, vel Lutherani vel Caluiniani au-  
 dire gestiunt, ut eosdem non dubitet in-  
 ter αἰθρωπλάτερος & εἰδωλολάτερος re-  
 ferre, quod Domino seruum præferant.  
 Ponantur enim Gabriele etiam Archan-  
 gelo siue Lutherus, siue Bucerus, siue  
 Caluinus, siue Philippus, siue quicunq;  
 alius, & sanctiores & sapientiores fuisse,  
 quales certè cum summis etiam ingenij  
 dotibus, & virtutum præstantia, quæ in  
 hac effœta mundi senecta cadere potuit  
 in viros heroicos, minime illi quidem  
 fuerunt, neque se perhiberi voluerunt:  
 quod nemo eorum, qua prædicti fuere  
 modestia, sese αὐταιρεῖτε, nedum o-  
 mnis expertem stipulæ professus sit vn-  
 quam. Sed ponamus, tales illos quidem  
 extitisse, quales fingimus, iccircone illo-  
 rum cuiuspiam potius, quam eius, cuius  
 precioso sanguine redenti sumus, nomē  
 adscendū nobis fuerit? R. Om-

Omnino autem grata mente Am-  
lingus vnâ cum fidelibus Symmystis ac  
~~mugistis~~ amplectitur, claraque voce  
prædicat arcanum Dei iudicium, quod  
Antagonista ipsius, cuius Anhaldinos  
criminis insimulare, reosq; peragere co-  
natur, ab eius etiam suspicione eosdem  
volens nolens absoluit. Attendant enim  
intelligens & candidus lector, quod res  
postulat, quid ad singulas illas 24. ra-  
tiones, quibus in Defensione tertij ar-  
gumenti ad depulsionem criminis mi-  
nimè dissimulandi vñ fieramus, respon-  
derit D. Ioannes Matthæus, & conuicijs  
exceptis (quorum veniam, nobis facile  
ipsi ignoscentibus, sibi à Domino fieri  
petat) ne syllabam quidem inueniet, qua  
vel tantilli nos erroris conuicerit. Quin  
potius *verbis & phrasibus Ecclesia nos lo-  
qui, & forma sanorum verborum in expli-  
cando tremendo hoc mysterio uti, vltro fa-*  
tetur. pag. 499.

*Quid ergo desiderat? Aliud nos  
loqui, aliud sentire clamitat. Quis vero  
hoc illi, quibus ue argumentis persuasit?  
aut*

aut cuiusnam Spiritus afflatu & patefactione id compertum haber? Loquatur ipse de mysterio Verbi incarnati phrasibus Scripturæ atq; Ecclesiæ, nec genus dicendi nouum comminiscatur; idemq; vt faciant isti, quibus se ventris studio mancipauit, obtineat; & nullum post-hac cum illorum quopiam verbum commutabimus. Sic enim præclaram istam Concordiæ formulam, quæ nouo dicendi genere introducto, veterem & dicendi, & docendi formam abrogauit, euentus ipse ex agro Domini subito rursus extirpabit. Quod si à confessione toties à nobis repetita, ac literis quoq; tradita genere orationis, licet non terfo admodum, minimè tamen, vt speramus, obfuscero, diuersum (quod absit) sentiremus, aliudq; in ore promptum, aliud in pectore reconditum gereremus, iudicem habi-turi eramus *καρδιογνώσην* filium hominis: cuius egregius iste carnis omni sciæ professor partes sibi arrogat, ipso etiam Monimo Lucianico, qui in hominis à Volcano affabré facti opificio præteritos argue-

bat ab artifice clathros seu fenestellas,  
pectoris parieti inferendas, per quas in-  
trospecti posset, ne quid intus lateret ab-  
sconditum, perspicacior. Nimirum ex  
realis idiomatum communicationis af-  
fertione eò usq; audaciæ vel potius ve-  
saniæ progressus, ut eandem sibi planè  
cum Domino scrutandi cordis penetra-  
lia perspicaciam comparasse somniet.  
Id quod homini profano & maledico  
minimè concedendum putamus. Corde  
enim (secundūm Apostolum) Christo,  
& in Christum credimus: ore confes-  
sionem edimus hominibus, quæ, cùm  
*Antagonista ipso teste, neg, phrasibus, neg,*  
*sensu (facessat modò calumnia) à sanorum*  
*verborum canone, & orthodoxo Ecclesie*  
*consensu discrepet;* an non hoc ipso ani-  
mi morbum prodit, ac contra præce-  
ptum Domini, quod iubet δικαιανοίων  
χρίσειν, suspicionibus carnis indulget  
potius, quam ut Spiritu Christi se regi-  
patiatur, quo minus doctrinam, quam  
*sana verborum forma tradi, & explicari*  
*ā nobis,* velit nolit fateri cogitur, criminē  
erro-

erroris non excusandi, nullo prorsus errore demonstrato traducat?

Verum ut conscientia, secundum vetus verbum, mille testes, ita se, suosq; confessionis nostrae perspicuitate & sinceritate redargui, inique ferens, suo semet indicio prodens forex clamitat. Atqui nobis hoc tum quidem propositum non fuit. Cum autem arcanum Dei iudicium etiam hac in parte se exerat, nec applicatio vlla, quam quae à sua cuiusque fit conscientia, certior sit, efficacior ue: atq; non ita pridem ab ijs ipsis, à quibus vt corpore, ita etiam animo & fide discessisse videri vult, haud obscuris argumentis demonstratum sit, à Chamaeleonte isto mutatis duntaxat phrasibus idem adhuc dogma defendi: nos sane ita perspicaces non sumus, vt nobis liqueat, suos ne magis fraterculos in hac etiam causa τείκυρανς δέπνος, quemadmodum in illa τείξ θεαθρώπος, id quod non prorsus stupidis palam esse confidimus, suggillet, vel lepidè ludificetur, quam eos ipsos, quos vt fucum

simplicioribus, minuscque aduententibus  
faceret, exagitandos sibi proposuit.

Sed nobis (inquam) minimè propo-  
situm est litem alienam nostram facere.  
Itaque ijs, qui non leui adducti suspici-  
one, sed certis argumentis commoti  
Vitilitigatorem istum prævaricationis  
insimularunt, se expurget. Anhaldinis  
verò hypotyposin ὑπονόμων λόγων i-  
pso teste retinentibus parcat, nec aduer-  
sus proximum falsum testimonium per-  
hibeat, hortamur.

Quod autem præsentis instituti ra-  
tio fert, nos aliquot argumentis, quæ  
Antagonista ipse suo se gladio iugulans,  
nobis suppeditauit, deinceps docebi-  
mus, à Sacramentarijs erroribus sectam  
Vbiquistarum, cui si corde & animo,  
quod profitetur, addicetus nondum est,  
corpore tamen se agglutinavit, & abdo-  
mini natus non laudi & gloriæ, se se-  
mancipauit, faciens omnia (quod Pan-  
doræ subscriptoribus μέλαχρον & δέκτη  
γένες illorum facetè obiecit) seruet ut  
offam, minimè esse immunem. Primum  
igitur argumentum sic habet. Sa-

Sacramentarij sunt, qui sacrum cœnæ mysterium ignominia afficiunt. Hoc faciunt autores & assertores dogmatis Vbiquistici, Ergo, quicquid contradicant, sunt Sacramentarij: Minorem siue *κανόποιον* sic probamus: Non maiore res aliqua affici potest ignominia, quam si in usum à fine proprio toto genere diuersum conuertatur. Vbiquisticæ cœnam sacram, quam Filius Dei iusticiæ fidei *σφεργίδα* esse voluit (quibus verbis Apostolus, quæ ad finem Sacramentorum pertinent, complexus est uniuersa) in finem toto genere à proprio discrepantem usu, hoc est, ad extruendum inde nouum fidei articulum, de corpore Christi replente cœlum & terram, tota q; cum specie, tum definitione à nostris corporibus diuerso, impiè conuertunt. Ignominia igitur, qua maiore non possent, sacram cœnam afficiunt. Sigillo enim, aduersus testamenti diploma, seu tabellam fœderis, abutuntur, totamque Symboli historiam labefactant.

248 ANHALDINORVM  
SECUNDVM ARGV-  
mentum.

II. Sacramentarij sunt, qui laudem Christo veritatis detrahunt, hoc est, qui non contenti *τῷ ἔντελος* verborum institutionis, ad peregrinam confugiunt *diabolos*. Vbiquistæ non contenti *τῷ ἔντελος*, ad peregrinam, immo plane prodigiam verborum institutionis in explicando mysterio cœnæ Dominicæ *diabolos* confugiunt. Ergo Vbiquistæ fœdissimi sunt Sacramentarij. Propositione huius syllogismi, quam Maiorem vocant, sicut & prioris, quia nobis Antagonista noster eam dictauit, minimè controuersa, Minorem probamus. Præterquam enim, quod verba Domini (Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur) interpres isti, seu mauis glossatores, diuellunt, ita ut prius membrum propositionis illius de nuda corporis Christi substantia (ut loquuntur) quam simul letiferam & viuificam esse fingunt: contra illam sacræ Theologiæ maximā:

Caro

Caro Christi tantum est vivifica: posteriorius verò seorsim de fructu intelligent  
 (quasi verò caro Christi alicubi sit fructus sui, hoc est, vita in nos deriuandæ  
 expers: adeoq; ἀνωφελῆς) totam insuper propositionem inuertunt & peruerunt,  
 prædicato in subiecti, & subiecto in prædicati locum distractis, & copula τοπικῶς explicata. Ut, Hoc est, idem illis sit, arque Hic, ubi situs panis est, coexistit. Quid?  
 quod corpus illud Domini proprietatis corporis humani planè spoliant, & pro corpore in ara crucis, immolato, quod naturæ suæ limitibus (ut Ambrosius ait) circumscriptum esse nunquam desinet, corpus ἀπερίγεατον, hoc est, merè tropicum, καὶ Φαντασιόν, seu imaginarium, quale Marcionitæ comminiscabantur, θεός, καὶ δοκήσ, & Φύσι σώμα, quod nec capi, nec tradi, nec immolari potuit, adeoq; nostris corporibus simile μανίμως, non σωματίμως; id est, corpus non corpus; seu, pro substantia, corporis umbram substituunt. Quid enim nisi Marcioniticum phantasma est cor-

pus vbiqūtarium, ab omnibus corporis  
humanī proprietatibus abstractum, &  
loco nullo circumscriptum: deniq; tota  
definitione à corpore palpabili & visi-  
bili diuersum? Quod blasphemum do-  
gma, vt olim antiquissimi illi Ecclesiaz  
Antistites, & Marcionis hæretici Anta-  
gonistæ grauiissimi refutarent, ab eodem  
sacræ Eucharistiaz Sacramento, talem,  
qualem nos profitemur aduersus Vbi-  
quistas, corporis Christi veritatem pro-  
barunt, de qua ipsemet aperte dixit: Pal-  
pate & videte, Spiritus carnem & ossa  
non habet, sicut me videtis habere. Nā si  
qua corporis qualitas, ait Tertullia. que nō  
carnea sit, opponetur, certè non nisi carna  
sanguinem habebit, atq; ita consistit pro-  
batio corporis à testimonio carnis, & pro-  
batio carnis à testimonio sanguinis. Eo-  
dem modo Chrysostomus Homil. vi.  
ad populum Antiochenum, sumta ab  
Eucharistia probatione, talem carnis  
Christi veritatem & communicationem,  
contra Marcionem, Valentinum, & Ma-  
nichæum agnoscit & astruit, qualis in  
nostræ

*SECUNDA DEFENSIO.* 253

nostræ proprietate naturæ est assumta. Quin Eutychianos etiam, Vbi quistarum nostrorum primarios illos patronos, qui duas Christi naturas impiè simul ac imperitè confundebant, refutans apud Theodoretum orthodoxus, inter alia, quod negari non potest, à Dominicæ cœnæ symbolis & antitypis talem corporis Christi veritatem, cuius in mysterio vere participes efficiuntur, probat, quod priorem suam habet & retinet formam, figuram, & circumscriptionem, adeoq; corporis essentiam; quamvis immortale sit factum, & ad dexteram Patris collocatum, ab omni creatura adoretur. Quam argumenti rationem eodem quoque modo secutus est Gelasius. Hanc autem à cœnæ Dominicæ symbolis sic assertam ab orthodoxis contra Eutychianos simul & Marcionitas corporis Christi veritatem, quia introducta & asserta, propter vnoneim corporis Christi siue in pluribus, siue omnibus in locis præsentia, Patres Bergenses cum discipulis & affeclis suis negant, non

ægre

ægre ferant, se ex hoc orthodoxorum  
Patrum argumento inter Eutychianos,  
& Marcionitas, qui & ipsi fœdissimi fu-  
erunt Sacramentarij, recenseri. Est au-  
tem & ista memorabilis Chrysostomi ad  
Cæsareum Monachum, contra Apolli-  
naristas, ab Eucharistiæ mysterio, ad  
confirmandam corporis Christi verita-  
tem sumta probatio. *Sicut in sanctificato  
pane Domini, qui mediante Sacerdote li-  
beratus est ab appellatione panis, & di-  
gnus est habitus Dominici corporis nomi-  
ne, natura tamen panis permansit, & non  
duo per hæc corpora, sed unum Filij corpus  
prædicatur: ita quoq; in unitate persone  
Christi, utraq; natura incorrupta, propri-  
etatis suæ conseruat agnitionem.* Cuius  
argumenti ut ratio & consequentia con-  
stet, non minus oportet veritatem cor-  
poris, cuius appellatione panis, per san-  
ctificationem Sacerdotis dignus est fa-  
ctus, naturæ suæ proprietates retinere,  
quam ipsa panis sanctificati substantia  
& natura manet. Atq; ita Vbiquistas  
constat, omnium tam veterum, quam res-

cen-

centium hæresium deliria in Ecclesiam  
reuoare, ut non immerito inter hære-  
siarchas principatum sibi vendicent.

Tertium argumentum est tale: Sa- III.  
cramentarij sunt, qui veram in coena ve-  
ri corporis Dominici præsentiam ne-  
gant tollunt ue. Vbiquistæ id faciunt.  
Vera enim illius præsentia (ut cum scho-  
lis loquamur) præsupponit veram eius-  
dem essentiam: & sublata carnis essen-  
tia, tollitur atq; euanscit præsentia. Sed  
quid faciunt Vbiquitatis patroni? Cor-  
pus Dominicum ex ipsa etiam arbore  
substantiæ, quæ nihil aliud est, q; τὸν τὸν  
δέ πν, καὶ τὸν τοῖον δέ πν significantiū distri-  
butio, excludunt, nedū vt verā corporis  
pro nobis traditi essentiam, qualis ipsa  
est, retineant. Id quod in antecedente  
syllogismo euidenter iam demonstrauim-  
us. ἀδύτων γδ, σῆνες Φύσιν ὄκτος τοῦ  
Φυσικῶν ἴδιωμάτων, secundūm Dama-  
scenum. Hinc illud Synodicum contra  
Eutychianos & Acephalos: Sublata pro-  
prietate naturali, naturam perimi necesse  
est. Vnde enim (inquit Vigilius Martyr)

verius

verus Deus & homo Christus est, nisi in  
veritate & proprietate utriusq; natura? Et grauiter Theodoreetus: Sublato, in-  
quit, utriusq; naturae proprietatum di-  
scrimine, nec de Deo, ut Deo: nec de ho-  
mine ut homine, cogitare recte & loqui  
possimus. Quia natura (ut iterum habet  
decretum Synodi Constantinopolitanæ  
textæ) cognosci aliter non potest, nisi per  
substantiam, que eam designat, proprie-  
tatem. Ergo eiusdem commenti de  
carne Christi ubiquistica, hoc est, phan-  
thasmatica assertores, ex sacra cœna verâ  
corporis Dominici simul præsentiam (li-  
cet ore nihil magis, q; essentiam & præ-  
sentiam crepant iactentq;) reuera tollunt.

**IV.** Quarti argumenti hæc est collectio:  
Sacramentarij derogant omnipotentiaz  
Christi. Idem faciunt Vbiquistæ. Nisi  
enim profanæ ipsorum Vbiquitatis com-  
mentum obtineatur, de vera corporis  
Christi in cœna præsentia actum esse  
clamitant. Quasi verò non alia ratione  
Christus, omnipotens ille omnipotentis  
Patris Filius, carne sua Ecclesiam verè  
pasce-

*SECVNDA DEFENSIO.* 255

Pascere queat, nisi eandem *τομικῶς*, vbiq;  
locorum, iuxta visibilis elementi posi-  
tum, per mirabilem quandam coëxisten-  
tiam fistat. Sunt ergo Vbiquistæ, quod  
probare intendimus, Sacmentarij, ve-  
lis remisque fugiendi.

*SEQVITVR QVINTVM  
argumentum.*

Sacmentarij sunt, qui in cœna sa-  
cra statuunt nuda signa. Vbiquistæ ne  
cum Pontificijs vim magicam verbis  
consecrationis tribuere, aut perpetuum  
ēthrono cœlesti descensum & ascensum  
communisci videantur, corpus Domini  
etiam ante actionem cœnæ, in, & cum,  
& sub pane (quas phrases in hoc myste-  
rio receptas, & mysticè, hoc est, sacra-  
mentaliter intelligendas, præclari isti  
Concordiæ discordis architecti contra  
orthodoxam antiquitatem *τομικῶς* inter-  
pretantur) reuera præstò esse fingunt.  
Et ex verbis institutionis non præsen-  
tiam, sed tantùm dispensationem, vt lo-  
quuntur, hoc est, distributionem & par-  
tici-

V

ticipationem æstimandam docent. Non enim dissimulant, neque clam habent, quod passim contendunt, verba cœnæ (quæ propriè loquendo, etiam Lutherore teste, sunt verba promissionis & gratiæ) non esse præsentie illius corporalis, pro qua dimicare se gloriantur, ἡγεμονίᾳ, id est, effectuā; sed potestate & vi tuis nuntijs  
sias iam antē præsens adesse corpus Do-  
mini, verū non nisi adhibitis verbis, ut  
loquuntur, dispensationis, à vescientibus  
participari seu percipi. Cui igitur obscu-  
rum est, ab ijs per verba cœnæ, quæ sub  
oculos cadunt elementa panis & vini,  
tantum nuda effigi signa participandi  
ibidem corporis & sanguinis Domini,  
iamq; pridem ante sacram illam actio-  
nem, immo etiam antequam ex utero ma-  
tris in hanc lucem ederetur, ab ipso, ut  
scribunt, conceptionis momento, non so-  
lum in pane hoc, & isto calice, sed in quo-  
uis etiam communi pane, & omnibus can-  
tharis cerevisiarijs, adeōq; in quolibet fæ-  
no & hordeo, per mirabilem quandam  
carnis maiestaticæ Deificationem, reapse  
præsentis?

Quid?

Quid? quòd corporis vbiquistici imaginatio non tantum nuda signa (respectu eorum, quæ iam ex Vbiquistarum prolata sententia in medium adduximus) verùm reipsa minus etiam, quam nuda signa, id est, signa plane commentitia (respectu eius, quòd dogma illud necessariò consequitur; vel cum eodem, necessaria & immota consequentia cohæret) in sacra cœna statuit? Cum enim corpus vbiquisticum sit corpus merè imaginarium, tropicum, Marcioniticum, phantasticum, *ἀναγνωρισμένον, τούτο τὸ σώματον* (quale in rerum natura nunquam extitit: tantum abest, ut in istiusmodi corpore prorsus commentatio Filius Dei vel manifestari, vel pro mundi vita tradi, hoc est, aeterno Patri immolari, atq; in ara crucis, velut hostia, nisi *καὶ δόκησιν*, mactari potuerit) sic circa nullum eiusdem potest esse (ut cum Patrib. sic loquamur, quod citra calumniā accipi volumus) vel Symbolū, vel signū, vel figura, vel antitypon, vel μημεόσωμα, vel σφραγίς, vel ἀπόμνημα. Vacua enim

res (teste grauissimo contra Marcionem scriptore, Tertulliano lib. 4.) ut est phantasma, figuram capere non potest: hoc est, ut Damascenus explicat, orat. de imaginibus: *Quod corporis expers est, quoniam nec oculis videtur, nec circumscribitur, nec formam habet* (ut corpus ubiquisticum) eius nulla potest esse imago. Nam, ut vere inquit contra Eutychianos Dialogo secundo scribens Theodoretus: *Typum similem oportet esse veritati. Si autem caro in Divinitatis naturam sublato videlicet proprietatum discrimine) est mutata; cur percipiunt (scilicet Eutychiani, quorum progenies est Vbiquistarum Synagoga) corporis auctoritate cum superuacaneus sit typus, ubi sublata est veritas?* Hæc ille. Itaq; de ijsdem (Eutychianis puta, quorum hodie dogma seu imprudentes, quod dolendum; seu scientes, quod detestandum est, renouant Vbiquistæ) diserte ait Leo, epist. 33. *Quod, cum proprietates humani corporis in Christo negent, prorsus frustra communicent, & nullam eius corporis habeant*

par-

participationem, cuius abnegant veritatem.

Hæc omnia cum ita se habeant, manifestum est, Vbiquistas, qui ne signa quidem nuda, sed prorsus commentitia, & reuera nulla, in sacra Eucharistia stant, simulq; cum archetypo veri etiam corporis *civitatum* abnegant, nō tantum primas tenere inter fanaticos Sacramentarios, verūm etiam seipso, proh dolor, à corporis Dominici *reverentia* excludere: ut non mirum sit, quod tanto pere in viscera Christi, quibuscum nulla ipsis societatis, aut participationis coniunctio intercedit, sœuant.

## SEXTV M ARGV-

*mentum.*

Sacramentarij sunt, qui negant, verūm illud Domini corpus, quod ipse in ara crucis pro peccatis mundi tradidit, participari a fidelibus seu Christianis in sacra Eucharistia essentialiter & corporaliter. Hoc cum Vbiquistæ faciant, quis eos non merito Sacramentarios

VI.

perhiberi autem? Cui enim ex disputatione Anno 80. VVitebergæ habita, thes. 237. sect. 1. nō liquidò patet, ademta corpori Christi proprietate naturæ, quæ finitum, & circumscriptum, & in loco esse dicitur, veritatem naturæ negari, & eidem verè adimi? Quod cum ipsi, ita ut res est, profiteantur, interea tamen πανταχοῦ, vel (ut hodie nonnulli absurditatem istam pharmaco, οὐ φῶ illo quidem, sed non satis idoneo, mitigare conantur) πολλαχοῦ summa cōtentione astruunt, ex eoq; eiusdem corporis in cœna παρόστων καὶ μετοχὴν censemētūnā, nisique id obtineant, de vera eiusdem in cœna præsentia verbum nullum amplius cum quoquam sese commutaturos passim protestantur. Quomodo ergo, secundūm hanc causam præsentia, corpus Domini vel essentialiter vel corporaliter in cœna vel aderit vel participabitur? quod tamen orthodoxorum nemo vñquam infitias iuit, aut iterus est. *Quisquis enim nos in Christo, per corporalem eius natinitatem (vt aduersus Ari-*

um

SECVNDA DEFENSIO. 26

um Hilarius loquitur) & Christum rur-  
sus in nobis per Sacramentorum mysteri-  
um, naturaliter & essentialiter inesse ne-  
gat: idem naturaliter Patrem in Christo,  
& Christum in Patre esse negabit: quod  
Arius faciebat, fingens inter Patrem &  
Filiū tantum voluntatis & consensus,  
non naturæ unitatem. Quod blasphe-  
mum dogma grauissimè refutans Hila-  
rius, inter cetera rationum suarum fir-  
mamenta, argumento utitur ducto à Ba-  
ptismo & Eucharistia, quæ sint non vo-  
luntatis & consensus solum, sed & perfe-  
cta, & naturalis nostræ in Christo unita-  
tis (quam somnium carnis Ubiquisticæ,  
cum qua nobis plane nulla cognatio in-  
tercedit, prorsus delet aboletq;) myste-  
ria & Sacra menta. Vide locum lib. 8. de  
Trinitate apud Hilarium. Cum quo  
pulcrè congruit illud Cyrilli (lib. 10.  
cap. 13. in Ioannem) quod Augustinæ  
confessionis Apologia citat; Christum in  
nobis esse docens, non tantum habitudine  
quadam, que per caritatem intelligitur,  
sed etiam participatione naturali, hoc est,

humanae naturae sue nobiscum incorporatione. CORPORA LITER enim Filius per benedictionem mysticam nobis ut homo unitur: spiritualiter autem ut Deus, sui spiritus gratia nostrum ad nouam vitam, & diuinae naturae participationem, Spiritum redintegrans. Et nexus unionis nostra ad Deum Patrem Christus est: nobis quidem ut homo, Deo autem Patri ut Deus naturaliter unitus. Filium enim Dei, natura Patri unitum, CORPORALITER, SUBSTANTIALITER, accipientes, clarificamur glorificamurque, suprema facti naturae participes: teste eodē Cyrillo lib. II. cap. 27. in Ioan.

Verūm horum nihil Vbiquistæ; quorum dogma ut absurdissimis perpetuarum ἀπολογιῶν implicationibus involutum est: ita vel maximè hoc in loco profanam autorum ἀνεξία prodit, ac publicè deridendam omnibus sana mente præditis propinat, quod cum ex omnipræsentia siue generali, siue speciali, aut, si maiis, particulari, siue restricta, quam non ita pridē ex isto grege aliqui, nō aduertentes contradictionē, vt in scho-

lis loquuntur, in adiecto, ita distinguere cœperūt, carnis Dominicæ in cœna præsentia (quā illi p mystica topicā sibi, vel potius utopicam fabricant) æstiment, nihilominus quod res est, nolint velint fateri cogātur, carnē Dni: salua natura & substantiali veritate, nec essentialiter, nec accidentaliter omnipræsentem esse. Cumq; in cœna voculas istas, essentialiter, realiter, corporaliter, nihil differre concedant: in eiusdem cœnæ commentitio isto fundamento easdem inter se, nescio qua subtilitatis λεπτολογία, distinguunt, ita, ut carni Dominicæ non quidem essentialiter, sed tamen realiter, licet nec per se, nec per accidens, vel τὸ πνεύμαχος, vel saltem τὸ πλάκαχ adscribant: Quasi verò in carne Christi res ab essentia differat.

Non possunt ergo Vbiquistæ à Sacramentariorum hæresi, ad quæcunque etiam ορθοφύλαξ se recipiant, eximi: sed ipsi potius errorum, quos Anhaldinis refragante conscientia obijciunt, convincuntur. Id quod in præsentia pluribus persecuti nobis animus non est.

Nam, si hoc nunc ageretur, nequaquam nobis difficile fuerit totidem Syllogismis Antagonistam constringere, quot rationibus ad criminis istius depulsionem iam antè vsi fuimus. Verum quid opus est accenso lychno, in ista præsentium veritatis luce, quæ Sole meridiano clarior est. Hanc enim sententiam, quam in Ecclesia Anhaldina, Dei singulari beneficio & gratia, cum omnibus per vniuersum orbem oecumenicum dispersis viris pijs atque orthodoxis, vnanimi *της οὐρανού καὶ ἀνθυγείας* consensu tuemur & profitemur, esse ipsam Evangelij vocem, & perpetuam veræ Ecclesiæ doctrinam atq; consensum, certissimum est. Nec dubitamus, bonos & pios agnoscere, hanc explicationem verè esse Ecclesiæ doctrinam, eamq; grata mente amplecti. Ac de tota re prouocamus ad consensum Ecclesiæ, id est, peritorum & piorum. Eius Ecclesiæ testimonium gravissimum esse iudicamus.

Et Amlingum enim veram veri corporis Christi præsentiam asseuerare, ut sua

sua sanctissimo cibo constet veritas in sacra cœna, negare adeò non audet disputer, ut clara voce eidem testimonium perhibeat, quod loquatur verbis Ecclesiæ, & utatur forma sanorum verborum. Quod autem vernaculam matris Ecclesiæ linguam, καὶ τὴν πᾶν ὑπερόντων λόγων ἀριθμούν hadorum pellculis comparat, pag. 499. plus satis prodit, quantum præclarus iste Doctor Verbo Dei tribuat, quóue loco habeat oracula eius sacrosancta. Quos non, vociferatores isti, suis clamoribus repleturi erant orbis terrarum angulos, si (quod absit) tam profanos nobis sermones obijcere possent, quales sunt, quod pilis caprinis comparat Anhaldinorum in retinenda hypotyposi sanorum verborum studium atq; solicitudinem.

Quod autem Amlingus vel neget, vel negarit, vel saltem in dubium vocavit unquam (quod iste non uno in loco calumniatur) corpus Christi præsens esse in sacra cœna, verè, essentialiter, siue realiter, immo etiam corporaliter; adeò

S 5 fal-

falsum est, ut ne vnicō quidem argumen-  
to idoneo planū id facere potuerit,  
neq; in polterum probaturus sit. Quid?  
quod nullam aliam ob causam Anhaldi-  
ni restinerint hactenus, restituti etiam  
deinceps, οὐ δέοντα, καὶ μόνον, οὐ μὲν πλάνων,  
fanaticæ ubiquitici somnijs opinioni,  
quam quod veritatem corporis Domi-  
nici deleat, atq; ita vtrunq;, cum incar-  
nationis, tūm cœnæ sacræ tremendum  
illud mysterium funditus euertat. Quod  
ergo Christus Dominus, et si corpore suo lo-  
caliter & visibiliter ad mensam asside-  
ret, cum sacram institueret cœnam, ac  
primus eam administraret: nihilominus  
tamen (his enim verbis sententiam su-  
am describit & explicat disputator) idem  
suum corpus, salvo ipsius modo, ad mandu-  
candum dederit discipulis suis, ut illud in  
commemorationem ipsius manducarent:  
id ipsum si Amlingum, aut quenquam  
in Anhaldinatu negare suspicatur, errat  
toto cœlo: cum hoc ipsum scriptis no-  
stris prodamus, profiteamur, asseramus.  
Non igitur Amlingum, sed suam ipsius

100-

*SECVNDA DEFENSIO.* 267

Ιωνίας refutat, talia scriptitans, pagin. 501. Recordari autem vulgari sermone triti prouerbij debebat: Ιωνίας δεινός νομέν.

Fatentur etiam Anhaldini, corpus Christi in, sub, vel cum pane illo praesens esse, vnione sacramentali, cumq; Antagonista ipse localem corporis ad situm panis coexistentiam reijsiat, nec nisi in cœlo iam illud localiter adesse, vt soli scilicet Verbo hypostaticè vnitū est (cuius interea sacramentalem in cœna, vbi cunq; ea secundum Domini institutum celebratur, praesentiam extra controuersiam esse putamus) disertis verbis per totum librum afferat: oleum & operam perdit, Anhaldinos nihil horum negantes exagitando. Quin potius ipse viserit, quomodo sibi cum gregalibus suis conueniat, cœli secundum locum ab inferno distinctionem, & beatorum corporum in altera vita circumscriptiōnem negantibus, immo ex doctrina de quatuor gradibus praesentiæ Dei, ipsi etiam humanitati Ελόγε, quadruplicem praesen-

sentiæ gradum horribili nouitate affingentibus; id quod in publica concione, hoc anno, Dominica Quasimodogenitorum quendam apud ipsos suaniloquentia sua nimiùm credulis auditoribus persuadere aggressum esse constat, de quo non immeritò illud usurpaueris, quod de Democrito Cicero pronuntiavit, neminem vñq; maiore auctoritate maiores nugas protulisse.

Quòd præsentia veritatem simplici potius fide amplexandam, quam modum scrupulose inquirendum scribit, in eo nequaquam illi refragamur, ita tamen, ut fides non sit præludentis expers Verbi imaginatio. Modum verò ipsum plane ignorari facultas Theologica Academæ Francofordianæ pernegat, cuius in Epistola quadam hæc verba extant publicè: *Modum præsentia Christi nos ignorare falso dicitur.* Et paulò pòst: *Modus certè præsentia veri corporis, & sanguinis eius sacramentalis, in, & cum SIGNIS visibilibus in cœna sacra, tam est notus nobis, & certus, ut à nemine possit negari.*

*SECVNDA DEFENSIO.* 269

*negari.* Hæcisti. Tam bellam audias  
docentium in scholis ubiquisticis har-  
moniam, quando isti notissimum esse  
MODVM contendunt, quem noster  
ille prorsus ignorari, adeoq; inscruta-  
bilem esse afferit.

Pag. 517. *Amlingo, si à sacramentaria  
heresi plane ab solui voluisse, simpliciter  
querendum fuisse clamitat: Sint' ne pro Sa-  
cramentarijs habendi, qui corporis Christi  
(saluo eius modo) præsentiam illocalem in  
sacra cœna esse credant, propter unionem  
eius cum pane sacramentalem?* Sed fac  
ita quæsiſſe Amlingum: Nec enim Je-  
nūōs ad quæſitum, si absit calumnia, re-  
ſpondere detrectabit. Atqui illocalem  
præsentiam qui statuit, non hoc ipſo ab-  
ſoluendus est ab omni errore sacra-  
mentario, quod etiam Stenckfeldius, & ante  
ipſum Eutyches, illocalem corporis  
Christi in cœna præsentiam minimè ne-  
gārint. Est enim (nisi ambiguitatibus  
ludere velit Antagonista, quod ipsius  
personam, quam sustinet, nequaquam  
decet) illocaliter adesse, longè diuersum

ab

ab eo, quod sacramētali vnione præsens  
esse dicitur. Etenim illocaliter quæ ad-  
sunt, adjunt definitiū, quemadmodum  
(his enim exemplis ad rem explicandam  
vtitur formula Concordiæ, pag. 718.)  
*visus per aërem, lumen, aut aquam pene-  
trat, atq; in ijs rebus est, neq; tamen loco  
circumscribitur.* Quod si hoc modo  
corpus Domini in pane & vino cœnæ  
esse statuemus (ut quidem disertè for-  
mula Concordiæ statuit) adeò non reti-  
nebimus in cœna corporis & sanguinis  
veritatem, ut planè in spectrum commu-  
tetur, teste ipso Aquinate, cuius verba  
in præfatione Defensionis nostræ (b. 3.)  
recitauimus.

*Credit Amlingus, eodem (non alio) nos  
corpore in sacra Eucharistia pasci, eodemq;  
sanguine refici, de quo in Symbolo confite-  
mur, quod illo ipso λύτρῳ mactati pro nobis  
agni Dei redempti simus, cuius nobis exhibi-  
tio, applicatio, & obsignatio in sacra cœ-  
na præsentatur. Et quis inter Christo fi-  
deles, nisi forte perperam institutus, di-  
uersum credit vñquam? Sed hoc cre-  
dere,*

SECUNDA DEFENSIO. 271

dere, amico nostro error est Sacramen-  
tarius, qui etiam vitio vertit Anhaldinis,  
quod ne latum quidem vnguem a telo genit  
secundum Domini institutum disceden-  
dum contendant, nedum committendum,  
ut verbis testatoris nata in cerebro hu-  
mano glossa affingatur. Quod si igitur  
Sacramentarium est, tò genit secundum  
Domini institutum vrgere, nec huma-  
nam glossam verbis testatoris præferre,  
quorum isti clamores, quibus ipsi to-  
tum ferè compleuerunt orbem, de reti-  
nendo telo genit, & fugiendis cæcæ ratio-  
nis glossematis?

Pudeat istos parum fideles myste-  
riorum Christianæ fidei patronos eò us-  
que vesano contentionis zelo progredi,  
ut non modò pacis & tranquillitatis pu-  
blicæ usura, sed sacrorum etiam com-  
munione frui prohibeant eos, qui ad  
prima causæ ipsius principia, tanquam  
ad sacram ancoram confugiunt, & in  
verbis Domini (quibus nullum asylum  
tutius esse potest) aviles dolas, rugientes  
ostensas, & iugos acquiescant. Itane disputa-  
tori

tori cum Collegis conuenit, qui in praefatione sua (A.5.) ijsdem nobiscum verbis protestantur, quod videlicet à sanctis diuinitus decretis vel latum unguem discedere religio nobis esse debeat. Id quod hoc loco amicus noster, vt est homo factus, falsè deridet, nec vult videri ~~ad~~  
τὰς ἀνταντὰς discedere, tametsi (vt cum Dialecticis loquamur) transpositis extremis propositionem Domini καὶ παῦλου εγ<sup>ε</sup>ργ<sup>ε</sup> plane inuertat. pag. 505. 509.

Quid? quod ne syngramma quidem illud, quod Lutherus Ecclesiæ ita commendauit, vt suæ ipsius confessio-  
nis loco idem amplexari & exosculari se-  
scriberet, secundum hunc Aristarchum,  
ad restituendam Ecclesiæ pacem satis est  
idoneum? pag. 521. 533. Elleboro caput  
expurget necesse erit, si quis hic non ol-  
faciat, suæ istos opinionis mordicus re-  
tinendæ, & vecordium affectuum rabi-  
em explendi, quam solidæ in Ecclesia  
pacis constituendæ cupidiores esse. Ve-  
rūm, vt vt illud se habeat, quidnam cause  
putamus esse, quod tam pertinaciter ad  
Polemica

Polemica Lutheri prouocant? nisi forte ipsam Nicolai Papæ συρκεφαγίαν, etiam in decretorum glossa rejectam, quam syngramma improbat, approbatam à Luthero in contentionis & certaminum feroore, magis ut putatur (quod tamen pace tanti viri à nobis dictum sit) odio partis aduersæ, quam vero mentis iudicio, in Ecclesiam quasi postliminio reuocatam velint. Atqui cum Amlingi de Luthero iudicium minimè inhonorificum, D. Ioanni Matthæo ex illa ipsa, cuius mentionem facit, ad quendam amicum, Vbiquistarum (ut apparet) collusorem, perscripta Epistola perspectum sit, non erimus h̄ic prolixiores. Nobis sanè minimè aduersum est, quin in lucem prodeat ista cum amico (Φίλον γά δὲ επι καταδημῷ, καύσῃς ἐφιλικῶς ἔχονται) velitatio, cum nihil habeat, cuius Amlingum pœnitere possit, calumnijs præsertim maleuolorum occurrentem magis, q̄d alios laceissentem. ἀμυνομένῳ δὲ βέλτιον ēστι.

Polemicis Lutheri conscientiam no-  
T stram

stram astringi nequaq; patimur, quod  
auctor ipse met se infelicitis illius concer-  
tationis adeo pertusum fuisse scripsit,  
ut nihil inde fructus vel ad se, vel ad alios  
redijisse, palam affirmaret. Neque tamen,  
cum de utilibus verisq; alicubi senten-  
tias, preclaram doctrinam continentibus,  
lectorem admonere posse videan-  
tur, prorsus rei cienda arbitramur. εἰ δὲ  
οὐδαμάτα παραγέμειται, ἐπεί τοι  
τοῖς κολεγίοις ἵνα τοι ἀπολαζόντων εἴηνται.

Quid? quod D. Ioannes Matthæus pag. 538. Amlingo crimen falsi impin-  
gere conatur, propterea quod Sacramen-  
ta auctore Luthero (T o n. 3. Germ. Ien.  
fol. 402 b) sentiat afferatq; SPIRITV-  
ALIA esse, non quidem in obiecto, sed in  
usu. Respondeat autem falsario ipsi D.  
Chytræus, qui hac in parte, ut & in mul-  
tis alijs, contra D. Ioannem Matthæum  
Amlingi sententiæ palam suffragatur, in  
libello de Baptismo & Eucharistia re-  
cens VVitebergæ per Zachariam Le-  
rnum edito, paginis. 237. & 238. sic  
scribens: Recte Sacra menta, & in his  
Cæna

Cœna Domini quoque, non quod eorum verba allegorice intelligenda sint, sed alia ratione, spiritualia vocantur. Primum ratione cause efficientis, quia non humano arbitrio, sed a Deo ipso seu spiritu Dei sancto instituta & ordinata sunt. Deinde ratione cause instrumentalis, quia sunt MEDIA seu ORGANA, per quæ spiritus sanctus ad salutem aeternam in cordibus credentium efficax est. Postea causarum finalium, quia Spiritui & animæ nostræ a-lende & recreanda, fideiq; excitanda & exercenda seruunt, & bona spiritualia aq; aeterna, remissionem videlicet peccatorum, spiritualem cum CHRISTO coniunctionem, iusticiam, ac salutem aeternam credentibus offerunt, exhibent, & ob-signant. Hæc ille: quem pag. 245. nobiscum etiam veritatis evidētia conductum fateri reperiet lector, corpus Christi, quod in ara crucis pependit, & quo in cœna Dominica, ut agno pro peccatis nostris mactato vescimur, ex predicamento substantia minime exclusendum esse: id quod Apologiæ Erfur-

densis compilatoribus ex diametro re-  
pugnat.

Nec dubitamus, quin Megapolensib.  
Theologis veritas notior sit, q; profiteri  
illam aufint. Quos VVitebergæ ad Sol-  
quellenfis quendam Ecclesiæ mini-  
strum edita nuper querela de erratis or-  
thographicis, & à typographo (quisquis  
ille sit) Cracouiensi partim omis-  
sis, par-  
tim verò transpositis commatis atq; co-  
lis, in publicatione censuræ ipsorum de  
Apologia Cuparia, adeò non excusat, vt  
suomet ipsorum tanq; sorices indicio se  
prodant, quod non in omnibus asti-  
pulentur triumviris cuparijs, qui, callida  
quadam restrictæ τῆς μλαχσίας exce-  
ptione adhibita, palliare conatur suā, de  
qua pugnamus, Vbiuitatē, cuius patro-  
ni & assertores ab illis sunt quasi Πτωτο-  
φόροι deprehensi, & consignatis pagel-  
lis conuicti. Quod si omnino (vt quiri-  
tantur) aliquibus in locis præclara ipso-  
rum de Apologia Erfurdensi censura  
corrupta est, cur eam non emendatio-  
rem in usum Ecclesiæ publicum edunt?  
cur

cur tecte aliam, ad imperij proceres scribentes, quam publice docentes, sententiam profitentur? Neq; enim de commatis, colis ue, aut σφελματ typographicis, sed de reb. iplis dimicamus. Quorsum in vtrunq; pedem claudicant? Si filium hominis (vt quidam ex ipsorum collegio, præscribens Tironibus concionandi methodum, effutivit) mirabilem in terris Protea se gessisse sentiunt, agite totam ῥει θεωρῶν historiam in Marcioniticam δόκησον conuertant: Sin ista δύσφημα (vt lenissime dicamus) ex agro Domini exterminanda nobiscum censem, quo vsque in doctrina veritatis in vtrunque latus claudicantes Volcanum ἀμφιγένεται imitabuntur? Istiusmodi certe siue tergiuersationibus, siue collusionibus, Pontificiorum idola & parricidia stabiliuntur magis, quam vel euertuntur, vel auertuntur, vt hac ratione semetipso potius, quam alios impeditæ per Europam propagationis regni Christi accusent, reosq; peragant oporteat.

Verum quid in Theologo, Lutheri

præsertim cathedralm occupante, intollerabilius, quam inter Sacramentarios errores à pseudolutherano illo Doctore, numerati etiam hoc, quod Anhaldis-  
nicum vniuersa Ecclesia oecumenica  
ceaserent, in verbis institutionis nihil mu-  
tandum, nihil addendum, nihil demen-  
dum? secundum illud multorum sermone  
tritum:

Tutius est Verbo, dubie quin fidere glōsse:

Textus durabit, glossi profana cadet.

Deridet enim hanc  $\tau\alpha\lambda\eta\varphi\sigma\delta\omega\gamma\alpha\sigma$  homo  
fanaticus. Quid hoc (inquit) est? Hac ra-  
tione, neq; Sacramentarij ipsi pro ijs possent  
haberi, qui sunt. Quia illorum nullus est,  
qui censeat, in verbis institutionis aliquid  
esse mutandum, addendum, vel admen-  
dum? pag. 551. Quid verò de ijs, quibus  
aqua & igne interdicendum putant, ho-  
norificentius, ab Apostata præsertim ( $\tau\alpha\iota\sigma$   
 $\vartheta\delta\iota\mu\gamma\epsilon\iota\sigma$  συμφέρειν, ἀλλοτε ἀλλοτε γνώ-  
ρθεῖν, secundum Nazianzenum) scribi  
posset, quam pro hereticis illos habendos,  
quibus religio sit, vel latum unguem à Do-  
mini instrumento recedere?

Siccine D. Io-

annes

annes Matthæe ludicrum tibi videtur,  
quod toties in Lege Domini severissime  
repetitum extat: *Non addetis ad Verbum,*  
*quod vobis loqueretis, nec auferetis ex eo.*  
Deut. 4. Item: *Ne addas quicquam ver-*  
*bis illius, ne arguaris, inueniarisq; men-*  
*dax.* Proverb. 30. Vide sis, ne tuo malo  
veritatem comminationis illius impleas,  
quæ in fine sacri codicis extati: *εάν οὐ θη-*  
*ση τοὺς ταῦτα, θησθε ὁ Θεὸς οὐ τιν-*  
*τούς τὰ πρᾶγματα. εἴπερ εἴπεις αὐτὸν ταῦ-*  
*τα πρᾶγματα οὐτε, αὐτοῖς οὐ θεοῖς τοὺς μετεορισ-*  
*τοὺς βίβλους τῆς Γαῖας, οὐ τὴν πόλεων τῆς*  
*εἰρήνης.* Apoc. 22.

Quām verò profanum, & à σούστρῳ il-  
lud est, quod ex ubiquitate corporis Christi  
colligi scribit, apud Christum verum  
Deum & hominem, nullum verbum esse  
impossibile? pag. 552. Hoc ipsum enim  
est, quo Christi Immanuelis omnipot-  
tentiam in gyrum rationis ducunt, & ni-  
si corporis Ubiquitatem (corporis, in-  
quam, Ubiquitatem, qualemcunq; tan-  
dem) obtineant, amitti somniant omne  
id, quo testatum fiat, apud Christum Je-

*autem non esse impossibile omne verbum, Luc. j.* Eat nunc D. Ioannes Matthæus, & se Vbiquistam esse neget, qui tamen hoc in loco disertis verbis maiestatem Christi scribit esse illam ipsam non Christi, sed corporis Christi Vbiquitatem, quam ex fundamento unionis personalis scilicet docere, ac contra Sacramentarios se defendere gloriatur. Habet igitur pro Sacramentarijs, non qui cœnæ sacræ institutionem, aut veram corporis pro nobis in ara crucis maiestati præsentiam in cœna, sed qui corporis Christi omnipræsentiam, hoc est, Vbiquitatem negant. Quisquis ergo profani istius disputatoris ac matæologi censura Sacramentarius perhiberi non vult, hunc Vbiquistam esse oportet, & affingere Christo corpus, in quo nec nasci, nec ambulare, nec capi, nec mætari, nec immolari potuit. Quod quid est aliud, quam vniuersam doctrinæ Christianæ historiam abolere, Deumq; simul & homines ludificari?

Pergit maledicus & vanus conuictor,

ator scribens, excludi à Sacramentarijs (quos per opprobrium sic vocat) Christi omnipotentiam ex sacra cœna, pag. 555. Sed quo argumento vitilitigator iste Anhaldinos huius criminis reos peraget, vel ideo explodentes Vbiuitatis somnium, quod omnipotentiæ testatoris quasi limites figendo, palam detrahatur. Ex eo enim, quod corpus Christi (inquit D. Ioannes Matthæus, pag. 562.) in λόγῳ præsens est, V B I C V N que λόγος præsens esse dicitur (hoc est, ex corporis Christi Vbiuitate, quam alibi nominat personalem) firmissime concludimus, non deesse Christo modum distribuendi corpus suum, cum pane cœna sacramentaliter unitum. Hæc iste. Nos verò etiam ex Ecclesia exterminata, atq; ad auctores ipsius relegata corporis Vbiuitate, seu omnipræsentia, nihilominus certi sumus, non deesse omnipotenti Christo modum standi promissis. Itaque fortius, quam isti, omnipotentiam testatoris asserimus.

Quod autem Anhaldinos etiam eò

T 5 vsque

usque insanire vociferatur, pag. 555. quia  
si verbis Christi non plus credendum sit.  
quād quantum oculi intellectus perspicere  
queant; nemo unquam nostrum sensit,  
docuit ue, immo ne quidem per febrim  
somniauit: cūm eo ipso, quod sacram  
entiam profitemur tremendum esse  
mysterium (Vbi quisce illud cum mira-  
culo confundunt) nihil aliud velimus,  
quād esse id longissime supra & extra  
omnem non sensuum tantum, verum  
etiam intellectus atque rationis captum  
positum, nec nisi fidei mente percipi.  
Euanescit ergo hæc etiam calumnia, &  
à crimen obiecto Amlingum cum Sym-  
mytis absolvit.

*Quod autem ipsa verba Apostoli, qui  
à Domino se accepisse scribit, que nobis  
tradidit, ludibrio exponit, & erroris Sa-  
cramentarij insimulare non erubescit,  
pag. 566. iusto illius iudicio & vindictæ  
permittimus, cuius Apostolus ille vas  
fuit electum.*

In ceteris perplexæ & dissentaneæ  
suae responsonis pagellis, præstigiato-  
rem

SECUNDA DEFENSIO. 283

rem verius, quam sincerum Ecclesiæ Doctorem agit. Quid autem canillatur obtrebatore iste, siquidem ipsam, quibus ipse verbis, quæ negare non potest, loquimur? Corpus enim Domini in Sacra cœna adesse, sacramentali præsentia pani unitum. Plus nullies ipsum (minus quam) verbis, eandem tententiam repetit, & lectori inculcat, verbolis dicit putator, quæ tamen nobis obijcens, summam Sacramentarij erroris continere vociferatur. pag. 567.

Quid? quod etiam Sacramentarijs erroribus accenset, pag. 569. Durandi illud in scholis Theologorum tritum, cuius in vicesima quarta ratione mentionem fecimus, pagina Defensionis nostræ 78. *Verbum audimus, motum sentimus, modum nescimus, præsentiam credimus, &c.* Dextrè enim illud intelleximus, nequaquam improbari posse seripsimus, & quo sensu dextrè intelligendum iudicaremus, non nostris, sed eorum verbis, & quidem metricis, exposuimus, quorum auctoritatem (si nomina ad-

na adscripta fuissent) meritò faceret plurimi. Verum iste pro ea, qua turget, insolentia & arrogantia, ferre non potest, quod Durandum dextrè intelligendum iudicemus. Quasi verò perinde sit, siue dextrè, siue sinistrè aliquid accipias, aut interpreteris. Quod si omni dextro intellectu excluso, ἀπλῶς Durando subscribet Antagonista, non poterit vel à consubstantiationis, vel à transsubstantiationis commento sese vindicare, quod alterutri horum errorum Durandum addictum fuisse, nemini vel mediocriter literato, atque in lectione scriptorum Scholasticorum versato, dubium esse possit. Quem tamen à topicis, nedum vtopicis, hoc est, vbiquisticis imaginacionibus, in hac disputatione longè fuisse alienissimum, ex illa constat argumentatione, quæ extat lib. 4. Sent. distinct. 11. quælt. 2. *Essē in Sacramento non est habere nouum VBI.* Nam (VBI) est circumscriptio corporis, à circumscriptione loci procedens. Cum igitur corpus Christi non sit in Sacramento circumscriptum, patet.

ter, quod non est in eo, tanquam in aliquo  
VBI: nec (per consequens) est, ubi prius  
non fuit. Hæc Durandus, de S. Portia-  
no cognominatus, quem Gerson Do-  
ctorem appellat resolutissimum. Vixit  
autem Anno Christi 1318.

Sed cum tota hæc controuersia com-  
poni facilimè posse videatur, explosa sal-  
tem Vbiuitate (quam D. Ioannes Mat-  
thæus ipsem haud obscuris indicij ab-  
iijcere videtur, quod tamen, ne offulæ ia-  
cturam faciat, callidè dissimulat) & ex-  
clusa confusione mysterij atque miracu-  
li (est enim sacra Eucharistia, secundum  
veteres orthodoxos, tremendum myste-  
rium potius, quam miraculum) finem  
hic faciamus excutiendi otiosa disputa-  
toris fanatici κρησφύγετο. Ad conuicio-  
rum autem, quæ inter σκύβαλα volumi-  
nis istius plurima reijcimus; ad conui-  
ciorum (inquam) plausta quod attinet,  
respondebit ipse de his aliquando con-  
scientiæ, & Deo. Lectorem, quod restat,  
oratum volumus, vt sereno vultu, &  
mente ab affectu fumis illibata causam  
tanti

tanti momenti dijudicet, memor illius,  
 quod Isidoro tribuitur: η αερπάθεια τον  
 ἐγκυδερκεῖ, η ἡ ανπάθεια ὅλως ἐχει ψόφη.  
 Filius Dei, qui regnat ad dexteram æ-  
 terni Patris, estq; praeses & custos Ec-  
 clesiæ, suo sancto Spiritu regat docen-  
 tum ac discentium animos, linguis, &  
 vitam, ut exclusa omni suspicionum a-  
 marulentia coalescant tandem in unum  
 cum ipso σῶμα, nihilq; prius, nihil an-  
 tiquius habeant pacis studio, cum verita-  
 te inviolabili, quæ est unicum pacis so-  
 lidæ fundimentum, coniunctio: Deum-  
 que æternum Patrem, qui missò Filio, &  
 Spiritu sancto sibi coæternis, Ecclesiam  
 inter nos colligit, οὐρανῷ αεροστολῇ  
 colant, οὐτα καὶ φειβεντις, η λέγονται, &  
 πεάθονται. AMEN.

**ATHANASIVS IN**  
*fine libri de incarnatione*  
*Christi.*

*Hec scripsi, dilecti, tametsi nihil omni-  
 no opus fuit, ut scriberem: sufficit enim  
 per*

SECVNDA DEFENSIO. 287

per se Euangelica traditio, sed respondendum fuit: tūm quia de fide mea interrogatus eram, tūm propter eos, qui contentiousus ingerunt sua inuenta, quibus in mentem non venit, cum, qui ex proprijs loquitur, mendacia loqui. Neg, enim, vel putcritudinem, vel gloriam corporis Dei, fas est exprimi humano intellectu, sed ea, que acta sunt, secundum Scripturam confitenda sunt: D E V S q, qui est, adorandus est, ad gloriam & confessionem sue humanitatis, & spem salutis nostræ, in Christo Iesu,

A M E N.

Arguit hic hostes liber, & confirmat amicos:  
Hisq; salus, illis nil nisi virus erit.

VICTORI CHRISTO GLORIA.

Anno:

QVæ DoMINVs VoLVerIt, ViIqVe  
flent.

1400043

A 1842644

uerum est quo ad iudicata si quin ad hunc  
casum q̄ distinxerit p̄duas + dividia uel  
tertii aut p̄mū plus nō tñnde quo debet  
h̄c illud vñscitum q̄ modica distanga  
est. tamē estuctio in scutis q̄ tñca aliquid  
fractatur. Ip̄ distinximus q̄ ali no sicut  
sie l'vn. di. cum longe. q̄. T̄. C. T. D. q̄. cum  
solim. q̄ dom̄litteris. Indiceb̄ censib̄ capilla  
selecionis h̄c turris a diversiori īspissis in  
tel: qui s̄funt nello meo no romane p̄.  
nilebus + tñndeb̄d q̄ p̄mū. H̄c ydi. ī nōc. q̄.  
q̄. q̄. q̄. q̄. q̄. q̄. q̄. q̄. q̄. q̄.

in ipsi amoniam caputum effu  
dignitatem adimpler. Si  
missum libri officium procurat  
et promoveret ratione qui Q  
ordines et coelestis distinta  
visceri quicq; tales ad facies  
grandem subiactar uulnō C

habere cestum suis, & te ostendere. Et cestum quippe est, si te teneant, in ceteris p[ro]p[ri]etatis suis, et similia seducere ut amur res ecc[lesiast]icas depurari. Et ex vi, si ergo cum quadam curia, si, &c. adiudicet, i[ust]e sententia signata in dictis iuris consuetudinibus, non proponentur, i[ust]e sententia signata in dictis iuris consuetudinibus, nisi crederetur quod illius distinctione sic sicut dictum fuit, d'festatio ad familiam non pertinet. Et sic iuris consuetudinibus, nisi crederetur quod illius distinctione sic sicut dictum fuit, d'festatio ad familiam non pertinet. Et sic iuris consuetudinibus, nisi crederetur quod illius distinctione sic sicut dictum fuit, d'festatio ad familiam non pertinet.

